

**Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta  
Ta Hellēnisti Heuriskomena**

Origenes

**Coloniæ, 1685**

Caput secundum, Origenis Exegetica, & ἔζμιωετικα

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79842](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-79842)

## CAPUT SECUNDUM.

## ORIGENIS EXEGETICA ET EPMHNEYTIKA.

## Capitis secundi partitio.

**S**ectionibus tribus hoc caput continetur. I. varia Origenianorum *ἐργατικῶν* genera B  
percentur. II. singula Origenis *ἐργατικά*, quorum quidem ad hanc diem memoria  
supereft, enumerantur. III. agitur de Exegetica que supersunt, deque vetustis ipso-  
rum interpretationibus. IV. disputatur de Origenis Tetraplis, Hexaplis, & Octaplis,  
deque vulgata editione Septuaginta Interpretum.

## SECTIO PRIMA.

## VARIA ORIGENIANORUM ΕΕΗΓΗΤΙΚΩΝ GENERA PERCENSENTUR.

I. Scripturam sacram Ambrosii rogatu Origenes interpretatus est. Confutantur non-  
nulli, qui primum Scripturæ sacræ interpretarem ipsum fuisse volunt. II. Dividuntur Ori-  
genis Exegetica in Scholia, Homilia, & Tomos: III. de quibus sigillatim queratur.  
IV. Quid sint *ἐργατικά* disputatur. V. *ἐργατικά* pars *ἐργατικῶν*. Epistolæ inter Synta-  
gmata collocamus. VI. Origenes historicum, mysticum, & moralem sensum perscrutari so-  
let. VII. Cur minor in Novo quam in Veteri Testamento ab Ambroſo dictus sit, investi-  
gatur.

I. **A**ntequam varia Origenianorum *ἐργατικῶν* genera percenseam, revocentur in me- D  
moriā quæ supra notata sunt, ad interpretandos Scripturæ sacræ libros, Ambrosii  
confilii, auctoritate & rogatu Origenem fuisse impulsū, & quasi adactum, ut ami-  
ce ab eo ipse expostulat in Commentariis ad Psalm. 1. & ut in quadam Epistola, quam exhibe-  
nt Cedrenus & Suidas, leviter conqueritur, & ut ipse scribit Ambrosius in Epistola ad Ori-  
genem, quam refert Hieronymus in Epistola ad Marcellam.

Confutandus deinde venit nonnullorum error, qui primum Origenem Scripturas fuisse  
interpretatum literis prodiderunt. In his Beatus Rhenanus ad Hermannum Archiepiscopum  
Coloniensem ita de Origenē differit: *Quippe hic scriptor, quum quod ingenio perfractissimo, & optimis disciplinis omnifaciam excuso preditus fuit, tum quod improbo studio facis monu-  
mentis in vulgarium, primus quasi glaciem scidit juxta proverbiū, in enarrandis Scripturis divinū.* E  
*Qua verā laus, quamq. copiosa debeat primis quibusq. rerum optimarum auctoribus, nemini ambi-  
guum est. Et Sextus Seneccis libr. 4. Biblioth. quī sicut sit: *Hic similibus excitatunculis ubique uti  
voluit, prout dicebat hominem pene auctoribus.* & qui primus aggressus est explanationem omni-  
um divinarum Scripturarum, nondum ob ingentem earum difficultatem ab aliquo attentatum. Et  
Genebrardus in Epistola ad Carolum IX. cujus haec verba sunt: *Theologia liquidissimam vel-  
uti se a originem aperuit, & cum frugi illo Salomonis viro derivavit fontes suos foras.* Tum deinde:  
*Et sanc omnium, quorū quidem in divina Scripta Commentariis extent, fuit antiquissimus.* Itane  
vero? antiquiorne Philone, qui tot scriptis hodieque superstitibus Scripturas sacras expla-  
navit? antiquiorne Theophilo Antiocheno, cuius extant Commentaria in quatuor Evange-  
lia? Vetusiores quoque fuerunt illo Melito Alianus, qui liberū scripterat de Apocalypsi Jo-  
hannis; & Rhodon, & Candidus, & Appion, qui tractatus in Hexaëmeron sigillatim compo-  
fuerunt; & Judas, qui de septuaginta apud Danielem hebdomadibus scriptit. Itaque Am-  
broſius ad Psalm. 115. 28. Origenem ait *multorum interpretationes diligenter discussisse in dagine:*  
quos & saepē citatos apud eum reperias: velut Homil. 15. in Genes. ubi ait: *Nunc inter unum  
videbitur absq. ratione dici, quod & prioribus nostris quibusdam visum est, Prophetiam quandam in  
hoc designatam videri.* Et Homil. 13. in Exod. Arietem etiam ante nos quidam pro furore posuerunt.  
Et Homil. 8. in Levit. *De hac quidam etiam ante me dixerunt.* Et Homil. 9. in Num. *Quid si tamē  
ex his qui ante nos interpretati sunt locum hunc, memini quod mortuos dixerūt eos, qui nimis etate scel-  
lerum in peccatis mortui intelligentur.* Et Homil. 26. f. c. q. *Exeundi de Aegypto figuram duobus modis  
accepit, à prioribus nostris, & à nobis saepē jam dictum est.* Et Homil. 8. in Jud. *Memini etiam quandam  
ex predecessoribus nostris in libellis suis vellus lane populum dixisse Israēl.* Et Homil. 10. in Jerem.*

## LIBER TERTIUS.

237

A ταῦτα δὲ γράψω ὡς εἴπερ αλλοὶ διηγέρασθο. Et Homil. 14. scq. τῶν πρὸς ἡμᾶς δέ τις οἰτεβαῖς τῷ τόπῳ. Et Tom. 14. in Match. p. 230. ἐπέρσης πλοῦ ὃν τις ἔπειτα ἔπειτα. Et paſſim in Commentariis in Johannem Heraclenon Hereticum, hujus Evangelista Interpretem infestatur. Qui ergo alii ad Scripturas interpretandas Origenes viam πράντισθε dici potest? At excusari potest quod ait Sixtus Senensis libr. 4. Biblioth. His similibus excitatinuncis ubique uti voluit, prout decebat hominem pene αὐτοδιάταξις. Et qui primus aggressus est et explanationem omnium δι νιναρum Scripturarum, nondum obtingentem earum difficultatem ab aliquo attentatum. Nam alios quidem non negat partem aliquam scripturarum exposuisse; omnium vero scripturarum explanationem ag- gressum esse aliquem ante Origenem, id verō negat, & merito quidem.

II. Verumtamen quanvis aliorum exemplum quod sequetur habuit, fatendum nihil ob  
minus hanc eum explicandæ Scripturæ artem multum provexit: nec enim simplicem  
quendam interpretandi modum adhibuit, sed varia explanationum genera primus Scriptu-  
ra accommodavit. Nam vel diffusis Commentariis, quidquid suppeditabant ingenium &  
doctrina, prolixe congesit; vel brevibus tantum Scholiis obscuriora quæque illustravit;  
vel ad populi captum lece demisit, & selectas quasdam Scripturæ pericopas minus accurate  
per Homilias exposuit. Hieronymus in Prologo sua interpretationis Homiliarum, quas  
in Ezechiele Origenes habuit: illud, inquit, breviter admonens, ut scias Origenis opuscula in  
omnem Scripturam esse triplicia. Primum ejus Excerpta, qua Grace & & nuncupantur, in quibus  
ea quæ sibi videbantur obscuræ atque habere aliquid difficultatis, sumptuose, breviterque perfrinxit.  
Secundum Homiliaticum genus, de quo & præsens interpretatio ejus est. Tertium quod dicitur inscriptis  
ratis, nos Volumina possumus nuncupare, in quo Operæ tota ingenii sui vela spirantibus ventis de-  
dit, & recedens a terra in medium pelagis auffigit. Rufinus in Prologo interpretationis sua  
Commentariorum Origenis in Numeros, quem mihi olim Bigotiana Bibliotheca suppedit-  
tavit: Quacunque in Numerorum libro, sive in Homiliatico stylo, sive etiam ex his quæ Excerpta appel-  
lantur, scripta reperiuntur, hec te per urgente, Romana ut potius voce ex diversis in unum ordinem  
collecta digestimus. Et paulo post: Scire tamen te volo, Frater, quid haec lectio vias quidem aperiat  
intelligentia, et non tamen sigillatum cunctaque scripta sunt differat, ut in Explicationum libris legi;  
quos scilicet etiam Lector non reddatur oti os, sed pungat cor suum, scutum scriptum est, & producat  
sensus, & audio verbo bono, ut sapiens adjiciat ad illud.

III. Scholia breves erant nota enodandis locis intricatiōribus, & abstrusioribus sensi-  
bus erundis, quales habemus in omnes fere Græcos Poētas. Erasmus *Otiola* reddi jubet.  
Sixtus Senensis exponit *Vacationes*, sive *otia*, sive *per otium excerpta*; quibus quoties ad plenam  
commentationem otium decesserat, et auctum quæ sibi videbantur *obscura*, brevibus quibusdam anno-  
tationibus *ummatim perstringebat*. Inepte uterque Scholion diminutivum est à Schola: Scho-  
la Græca & Latine, prater vulgatas significatiōes, lucubrationem etiam sonat, quæ dēre 4. tab.  
aliqua per otium elaboratur. Scholion ergo parvam Scholam significat, hoc est, Lucubra-  
tiunculam. Speciatim vero Scholia appellantur Commentarioli, vel Dissertatiunculae.  
Præterea excerpti ex Auctore aliquo loci dicuntur Scholia, cuiusmodi ex Evangelio, quo  
utebatur Marcion nonnulla de promulgatis Epiphanius Hæc. 42, & Scholia appellavit. Atque  
hæc Scholia Latine Excerpta proprie dicuntur. Male autem hoc nomine afficias breves ex-  
positiones, & dissertationes: quod tamen fecerunt Hieronymus & Rufinus, cum Origenis  
Commentariolos in Scripturam Excerpta dixerunt; omne Scholiorum genus communis  
Excerptorum vocabulo donantes, quod ad certam quandam speciem erat restinguendum.  
At quoniam brevibus sententiis hæc Scholia Origenis, sive Commentarioli concludebantur,  
idcirco Commaticum interpretationis genus ea Hieronymus appellat. Proœm.  
Comment. in Matth. *Legisse me fator, inquit, ante annos plurimos in Mattheum Origenis vi-  
ginti quinq. volumina, & totidem ejus Horviliis, Commaticumque interpretationis genus.* Et  
Proœm. Comment. in Epift. ad Galat. *Scriptum enim illle vir (Origenes) in Epistolam Pauli ad  
Galatas quinque propria volumina, & decimum Stromatum suorum librum commatico super ex-  
planatione ejus sermone complevit. Quod ita intelligo; Scholia in Epistolam ad Galatas decimo  
Stromatum suorum libro ipsi sum in sermone. Scholia vero ad sacrorum Librorum oram attexiū-  
fē Origenem ostendit liber verutissimum Renati Marchali, quo continentur Prophetæ o-  
mnes, quique in Collegii Parisiensis Societatis Iesu Bibliotheca servatur, & cuius usuram  
humanissime milii concessit Gabriel Collartius amplissimè huic Bibliotheca præfetus,  
Ecclesiastum ipse θεοφυς, & doctrinæ omnis refertissimum penu. Prophetæ Ezechielis præ-  
fixum hoc habet ille liber: μετεισθε δέ τοι τὰς εἰδούσες ἐξαντλῶ, καὶ διαρρέων τὸν τρόπον  
τοῦ τερασθῶν, ἀνα καὶ τετράχρονο μερόδασο, καὶ ἐχελοιοργέσθο. Εἴδεν εὐσέβιον ἐγώ τὰ σχόλια παρέπιδα.  
Defuntum est ab Hexaplio juxta Editiones, & emendatum ex ipsius Origenis Terrapli, quæ & manus  
ipsius emendata, & scholias succinctæ erant. Vnde ego Eusebius Scholia apposui. Hinc discimus Tetra-  
plorum limbos Scholias ab Origene sūisse succinctos. Si quis autem existimet quæ in hoc Mar-  
chali Codice ad oram Ezechielis, aliorumq; Prophetarū ad texta sunt annotationes, ea ipsa*

238  
cīc Origenis Scholia, multum is fāne errabit. Constant enim illa partim variis interpretatis ex Aquila, Theodotione & Symmacho de promtis; partim lectionibus variis, vel circa lectionum varietatem observationibus. Neutrā vero pro scholiis Origenis haberi possunt: non prioris; quis enim putare possit in Tetrapla, quā Scholiis, ut dixi, succincta erant, unde & ista sumta sunt, de promtis ē diversis Interpretum expositionibus particulas conjectisse Origenem, cum in iis plenā ipsā ac integrā interpretationes haberentur: non posteriores; utpote in quibus saepe Origenis, & alicubi etiam Constantini Imperatoris mentio fiat.

Homiliæ à Rufino & Hieronymo Tractatus appellantur. Apologia Pamphili à Rufino conversa: Prætice vero per eos Tractatus, quos pene quotidie in Ecclesia habebat ex tempore, quos & describentes notari ad monumentum posteritatis tradebant. Hieronymus ad. Vigilantium, Epist. 75. de Homiliis in Job loquens, quas Hilarius verterat: *Cur Tractatus ejus in lob. inquit, de scriptis habes?* & in Præfatione ad Homilias Origenis in *Commentarium*: *Ilos duos Tractatus, quos in morem quotidiani eloquii parvulis adhuc lacteantibus composuit, fideliter magis quam ornate interpretatus sum: & in Proclio Commentar. in Epist. ad Galat. Scripsit enim ille vir (Origenes) in Epistolam Pauli ad Galatas quinque propria volumina, & decimum Stromatum suorum librum commatico super explanationem ejus sermone complevit: Tractatus quoque varios, & Excerpta, quae vel sola possint sufficere, composuit. Nempe Tomos, Homilias, & Scholia significat per quinque illa volumina, & Tractatus & Commaticum sermonem, ac Excerpta. Concluadat vero forsitan ex hoc loco aliquis, Excerpta, & Commaticum sermonem res esse diversas: sed frustra; id enim sibi vult Hieronymus, alia in decimum Stromatum librum inserta esse Scholia, alia eorum elaborata & de scripta. Fallitur Erasmus cum Homiliis illas recte dici putat *Colloquia*, non enim Origenes cum auditoribus colloquebatur, sed auditores alloquebatur; ac proinde melius dicerentur *Alloquia*. In iis phaleras & oratoria pigmenta neglexit Adamantius; planum vero, familiare, ac simplex, nec valde prolixum, quale facilis patitur Homilia, dicendi genus perfecutus est.*

Tomi idem sunt quā & ἑρμηνεία proprie dicta: nam quamvis hoc nomine affici possint, quæcunque interpretationis vice funguntur; atque ita non ad Tomos solum, sed & ad Homilias etiam, & Scholia referri possit ea vox, illamque Editioni nostræ, quā Tomis & Homiliis constat, præfixerimus; nihilominus tamen ad Tomos speciatim & proprie pertinet, iisque nunquam non in antiquis Codicibus tribuitur. Explicationum libros appellat Rufinus in Prologo interpretationis Commentariorum Origenis in Num. In iis Origenes Ebraica veritate fitatus, & suorum circundatus agminibus, peregrinæ interdum lingue quærebat auxilia, ut tradit Hieronymus in Procl. Quæst Ebraic. in Homiliis autem Communi Editionem sequebatur, ut superiori Sectione notatum est.

IV. Interpretationes præterea Origenis quasdam, σημειώσεις appellatas reperi. Utrum Scholiis an Exegetis proprie dictis vox ea tributa sit, quærendum est. Hieronymus Scholiis manifeste tribuit Procl. in 1. Comment. Isaiae: *Feruntur, inquit, & alii sub nomine ejus (Origenis) de visione τετραπλού duo ad Gratiam libri, qui pseudographi putantur, & viginti quinque Homilia, & σημειώσεις, quas nos Excerpta possumus appellare.* Excerpta igitur, seu χειρά, ea sunt σημειώσεις. At Philocalia cap. 26. postquam prolixum Origenis fragmentum in Exod. 10. 27. prolatum est, verba hæc sequentia aliquot fragmentis præfiguntur: καὶ πάλιν ἐν ἀλλα τούτῳ ἐτραπέντε εἰς τὸν ἔχοντα σημειώσεις. Igitur σημειώσεις constabant Tomis; igitur quæcunque hoc Philocalia capite fragmenta in Exodum repræsentantur, petita sunt ἐν τῷ σημειώσει. Ea vero neutiquam pro Scholiis habere possunt, sed justorum Commentariorum vicem expletant; ea est tertium ac verborum ubertas & copia.

Ego quidem σημειώσεις generale vocabulum cīc puto, quo Tomi & Scholia continentur, σημειώσεις est, adnotare, commentarium scribere, scriptum aliquod ad aliud adiuvare, adscribere, σημειώσεις, adnotatio, commentarius, quidquid ad aliud scribendo adiuvatur, cuiusmodi sunt Scholia, & Commentarii qui ad oram librorum ad texi solent. Ita intelligendus Eusebius lib. 5. Histor. cap. 20. cum χαριστικῶν σημειώσιν appellat obtestationem quandam quā ad finem libri Irenæi ἐπιδιδούσα & præter contextum adjecta erat. Inde lux quoque alteri ejusdem Eusebii loco lib. 6. cap. 16. ubi de Hexaplis Origenis agens, deque variis quibus illa constabant interpretationibus, ita scribit: ταῦτα δὲ ἐπίσταται: οὐ ταῦτα σωστά γάρ, διέλιν τε πρὸς κάλον, τοῦ ἀπολογεῖσθαι αὐτὸν, μῆτραν δὲ τοῦ θεοῦ σημειώσεως, τα τῶν λεγομένων ἑξαπλῶν ήμεν εἰπτίχασα καταδέσσω. His omnibus in unum ab eo collectis, & per colla divisis, ac in vicem ē regione oppositis, cum Hebrewac præterea contextum adscriptis, exemplaria nobis Hexaplorum, uti appellari solent, reliquit. Quod Eusebius σημειώσεις dicit, commodius ἐπιδιέσεις & ἐπαρινῆς ἐγγυεῖς. Epiphanius nuncupavit, quasi dicas, *adjunctiones, adunctiones, adfectiones*. Optime quoque Nicephorus ἐπισημειώσιν reddidit, hoc est, descriptionem ad aliud additam; addita enim Præpositio notat esse τοῦ πρὸς τι.

Cum ergo Scholia & Commentaria, alterius scriptoris explicanda gratia scribi

A scribi soleant, eique sepe adjungi & ad oram adtexi, propterea ~~enarrationes~~, recte dicta sunt: neque immerito Philocaliae textores hoc vocabulum Commentariis, Hieronymus Scholias tribuerent.

V. Communi quoque *interpretationis* titulo Tetrapla, Hexapla, & Octapla Origenis comple-  
tum, quæ proprio vocabulo *quatuorvita* appellare possit. Cum enim ex variis Scripturæ  
conflata sint interpretationibus, in eum venire debuerunt censem, quæ quæcumque ad in-  
terpretandam Scripturam elaboravit Adamantius, continentur. Huc adjicit Epistolas  
Sixtus Seneensis, quod propositas sibi circa Scripturæ illustrationem quæstiones refribendo  
Origenes disolvet. At cum alia quoque per Epistolas argumenta tractasse ipsum constet,  
velut cum ad Philippum Imperatorem, vel ad conjugem ipsius Severam, vel ad Fabianum

B Papam fidei suæ profindæ causa scriberet, merito inter Syntagma Epistolas ipsius con-  
siderandas censem.

VI. Qui interpretandis Scripturis triplex *interpretationis* genus adhibuit Origenes, is tripli-  
cem ex illis sensum eruere, ac investigare consuevit; historicum, quem & literæ sensum ap-  
pellant, mysticum, & moralem. Sic ille Homil. 17. in Genes. ubi agit de benedictionibus  
Patriarcharum: *In ipso autem corpore & serie verborum, neque benedictiones tantum, neque fu-  
turorum sola prenuntiatio, quantum mores vel propositum eorum, vel etiam quedam ab eis gesta no-  
tabiliter arguntur. Quæres nobis tripartitam (ut in aliis fecimus) explanationis materiam subji-  
cit, ita ut benedictiones historia locum servent; propheta vero mysticum atque dogmaticum, quo-  
rum correptionem, objurgatio moralem dirigat stylum.* Quod idem in fine ejusdem Homiliae

C repetit. Ab historico autem sensu ad mysticum, à mystico ad moralem fere progreditur; quamvis hunc ordinem pervertat nonnunquam, literam aliquando negligat, à morali expo-  
sitione ad mysticam quandoque transeat. Quæ quoniam supra luculenter tractavimus, hec  
obiter retigisse sufficiat.

VII. Finem huic imponemus Sectioni, adducentes illud Ambrosii è libr. 5. Epist. 43.  
*Et si sic, quod nibil difficultius sit, quam de Apostolis letatione differere, cum ipse Origenes longe minor  
sit in Novo, quam in Veteri Testamento.* Cujus rei causas quærenti mihi id succurrat, ætate  
Origenis pluribus Commentariis, interpretationibus, dissertationibus, Traditionibus illu-  
stratum fuisse Testamentum Vetus, quam Novum, cuius reconditiones sententiae perpau-  
corum industria fuerant ad hoc tempus investigatae; proindeque Instrumentum Vetus tra-  
stantem Adamantium majori fuisse in luce versatum, quam cum Novo explicando operam  
suum navaret. Huc accedit antique Legis abrogatas ceremonias & judicia enarrantem, mi-  
nore periculo in allegorias excurrisse, & destruxisse literam, quam cum Christi decreta, &  
fæctiones Apostolorum, dogmatum suorum novitatem deprivaret.

## SECTIO SECUNDA.

SINGULA ORIGENIS EXEGEТИКА, QUORUM AD NOS  
PERVENIT NOTITIA, ENUMERANTUR.

E I. Enumerantur Origenis Exegetica in Pentateuchum; II. in Josue, Judices, Li-  
bros Regum, Paralipomenon, Esdra, & Job: III. in Psalterium: IV. in Prover-  
bia, Ecclesiastes, & Canticum: V. in maiores Prophetas quatuor: VI. & in  
minores Duodecim: VII. item in Matthæum, Lucam, Iohannem, & Acta Apostolo-  
rum: VIII. Epistolas Pauli, & Apocalypsin.

I. P Oftquam varia Origenianorum Exegetica genera percensuimus; singulas nunc  
exegeticas lucubrationes enumerare decet, quarum ad nostram ætatem notitia  
pervenit. Nam ex ingenti hac, quam diximus, scriptorum congerie, non modo  
F pars intercidit maxima, sed multarum etiam tituli ac nomina obsoleverunt. Quarumcunq; ergo memoria aliqua in Veterum scriptis servata est, eas recensebimus sigillatim, & juxta  
librorum Scripturae sacræ ordinem digeremus.

Scribit Epiphanius, ex eoque Cedrenus, & Suidas, singulos Scripturæ sacrae libros Ori-  
genis studio fuisse interpretatos. Auspicandum à Genesi, quam tredecim Commentario-  
rum libris, & mysticarum Homiliarum libris duobus explicasse ipsum testatur Hieronymus  
apud Rufinum Inveft. libr. 2. Idem Quæft. 1. ad Damas. narrat, Adamantium duode-  
cimum & decimum tertium librum Commentariorum suorum in Genesim huic loco ex-  
ponendo consecrasse: *Omnis qui occidit Cain, septuplum punietur.* Hinc emendandus Gen. 4. 14.  
Eusebius cuius libro 6. Hist. cap. 24. hæc leguntur; καὶ τὸ ἑταῖρον τὸν τοῦ προστάτου, διδόνει τὸν προστάτον

## ORIGENIANORUM

240  
 πάρτα. ἡ μόνη τὰς ἀπὸ τῆς ἐπιτάσσεως διῆσι δῆλον ἐπειρηματίσεων. In nono autem Commentario. A  
 rum in Genesim (sunt autem omnino duodecim) non solum eos qui nonum precedunt, ostendit Alex-  
 andria fuisse compostos. Eusebium fecutus est Suidas. Sæpe autem in numerorum notis la-  
 buntur libri; inde fortasse error, adscripto 16 pro 17. vel certe in eo Codice quo ut-  
 batur Eusebius, in unum coaluerunt posteriores libri duo, utpote qui circa idem argumen-  
 tum versarentur.

Septendecim Homiliae in Genesim hodieque superstites Rufinus Latino sermone dona-  
 vit: diversas illas esse à mysticis Homiliis infra ostendemus. Idem certe Hieronymus in E-  
 pithola 126. ad Evagrium, scribit Origenem in prima Homiliarum in Genesim de Melchis-  
 dec disseruisse: cuius cum nulla habeatur mentio in prima Homiliarum quæ superfluit,  
 concluditur vel respexit Hieronymum ad priorem Mysticarum Homiliarum, vel plures  
 alias Homiliarum in Genesim collectiones extitisse. B

Fragmenta aliquot è Tomis Origenis in Exodum vigesimo sexto Philocalia capite con-  
 tinentur. In cundem præterea librum, & in Leviticum Excerpta seu Scholia scripsisse  
 Rufin. In-  
 vedi. lib. 1.  
 cum tradit Hieronymus apud Rufinum. Duodecim vero Homiliae in priorem hunc Scrip-  
 turæ librum, sexdecim in postremum Rufinus Latine refudit. Aliud ex Homilia secunda  
 in Leviticum fragmentum habetur Philocalia primo capite, cuius ne apicem quidem in  
 Homilia Latina editionis secunda, aliisve reperias. Ex quo facile intellectu est plures quo-  
 que in Leviticum Homiliarum collectiones fuisse. Id ex eo etiam probatur, quod cum  
 Homilia 4. dicat Origenes se jam supra de lineis vestibus sæpe egisse, & Homilia 6. sparsim  
 se & sæpe de consecratione Sacerdotis & unctione disseruisse, nihil tamen ejusmodi insu-  
 perioribus penitus extet. An ex Homiliis autem extemporalibus de promulgatum sit fragmen-  
 tum istud primi Philocalia capituli ex Homilia 2. in Leviticum, an ex elaboratis per otium,  
 (utriusque enim generis Homilias profudisse Origenem demonstrabimus infra) in-  
 certum est. G

Præter Homilias octo & viginti in Numeros, Scholia quoque edidisse eum tradit Rufi-  
 nus: sed in unum ita cum Homiliis permista sunt ab hoc Rufino, cum Latine utraque ex-  
 leg. Homil.  
 Origin. in  
 Num.  
 liatio styllo, sive etiam ex his quæ Excerpta appellantur, scripta reperimus, hac per urgente te Romana,  
 ut potius, voce ex diversis in unum ordinem collecta digestissimus. Hieronymus in interpreta-  
 tione duodecima Origenis in Jeremiam Homiliae notat de sacerdotalibus benedictionibus  
 Adamantium disseruisse. Nihil autem hujusmodi in Rufiniana collectione comparet. Igi-  
 tur vel Homilias istas pro consuetudine sua decuravit & interpolavit Rufinus; vel aliaque  
 jam ipsius aetate exciderant. D

Sece aliquando in Deuteronomium disseruisse Origenes declarat Hom. 8. in Luc. Eun-  
 dem vero librum explanatur se affirmat Tom. 32. in Joha. Octo in eum Homilias  
 Origenis commemorat Caiusdorus libr. de institut. divin. Scripturar. cap. 1. Reliqui etiam  
 vobis in Deuteronomio sermones octo (Origenis) in quibus est minuta nimis & subtilis expositio.  
 Rufinus in Prologo ad Urfacium: Iam enim ex omnibus, quæ in Legi scripta reperi, sole ut puto  
 in Deuteronomio desunt Orationes, quas si Dominus juverit, & sanitatem dederit oculis, cupimus  
 reliquo corpori sociare. Porro memoratos in Pentateuchum Tomos significavit Hierony-  
 mus, cum Ambrosium dixit Origenis Hexaëmeron compilasse. E

II. Viginti sex Homiliae in Iosue ex tempore ab Adamantio sene recitatas, & industria  
 Excerptorum servatas Rufinus Latine reddidit. Fragmentum ex Homilia 20. duodeci-  
 num Philocalia caput representat. Homilia novem in Judices Latinis itidem verbis re-  
 tulit Rufinus. Origenes in Prologo Commentariorum in Canticum Canticorum, agens  
 de Canto Debora ita scribit: Verum & de his plenus in illis orationibus quas de libello Iudicium  
 edidimus, diffusa reperies. Atque ex orationibus in Judices quæ superfluit, sexta Canti-  
 cum Debora explanat. Verisimile ergo est, has ipsas Homilias designari ab Origeni, pro-  
 indeque ab eo ipso fuisse editas, non ex tempore conceptas & recitatas. In libros Regum  
 duæ omnino Homiliae superfluit: prior in 1. Reg. cap. 1. & 2. altera in 1. Reg. 28. in qua de  
 Engastrimytho disputatur. Priorem Latina habet Origenis editio; alteram è Vaticani  
 membranis Allatius eruit. Homilia insuper tertia in Iosue ait Origenes se aliquando de  
 duabus meretricibus, quarum item Salomon disceptavit, in Ecclesia ad populum diffe-  
 ruisse. Caiusdorus præterea in libro de institutione divinarum Scripturarum, cap. 2. affir-  
 mat se quatuor Origenis Homilias in primum librum Regum invenisse; unam in li-  
 brum secundum; & unam, eamque prolixam in librum secundum Paralipomenon.  
 Idem cap. 6. narrat, quas sibi in duos Esdræ Libros singulas Origenis Homilias, quæ à Bella-  
 tore Presbytero Romana oratione explicata sunt. Jobum multis Homiliis Origenes  
 exposuit. Sic Eustathius Antiochenus in Diagnostico de Engastrimytho: οὐδὲ τὰ τοῦ  
 ἀρταρεομελῆς ιού, . . . μετίωρος εἰς τὰ τοῦ Συναληπτικούς οὐδειναν πλέον γεωμετρίας. Cum de misere  
 Job

A *Iob Homilias habuisset, in Filium nominis sublimi oratione excurrens, aniliter eo in argum:nto versatus est.* Has Homilias ad sensum suiss ab Hilario conversas tradit Hieronymus in Catalogo Scriptor. Eccles. & Epist. 75. adv. Vigilantium, ubi & id apponit: *Cur Tractatus ejus (Origenis) in Iob descriptos habes, in quibus contra Diabolum, & de Stellis, catalogue disputans, quodam locutus est que Ecclesia non recipit?*

III. Psalterium Origenes triplici expositionum genere illustravit, Commentariis, Homiliis, & Scholiis. Primum illum inter Græcos integrum Psalmorum corpus multis voluminibus explicasse proditum est ab Hieronymo Epist. 89. ad August. quod de Commentariis intelligo. Ex his multa vel imitatum, vel interpretatum fuisse Hilarii idem auctor est; qui & septem T. omnis illis se Latinis verbis expressissime refert, à Psalmo nimisimum decimo ad decimum sextum. Idem etiam libr. I. Apolog. adv. Rufin. cap. 3. *Octogesimum quod nonum Psalmum, inquit, qui scribitur, Oratio Moysi, hominis Dei, & reliquo undecim, qui non habent titulos, secundum Huilli expositionem, ejusdem Moysi putat (Origenes) nec designatur Ebraeum Scripturam interpretans, per singula loca quid Ebraeis videatur inferere.* Ea porto Commentaria instigante Ambroso suscepimus, eidemque inscripta fuisse ex fragmanto intelligimus, quod habet Epiphanius Har. 64. cap. 7. Tractatus Origenis in Psalterium centum & quinquaginta videlicet afflaverat Tritemius in libr. descript. Eccl. Novem Homilias in Psalmos 36. 37. 38. Romano sermone Rufini opera donatas Latina Origenis habet editio. De Psalmorum illorum expositione ita Rufinus in Prologo: *Idecirco tibi eam, Aproniane fili charissime, in novem orationes, quas Greco Homilias vocant, velut in uno corpore digestam in Latinum transpuli.*

C Eam in novem Homilias digestam se transpulisse dicit, non in novem Homilias digestissimam; contra quam Erasmo, & Sixto Senensi vistum est. Ex Homilia præterea in Psalm. 82. fragmentum historiam suam inseruit Eusebius: & Homiliam in Psalmum centesimum laudat ipse Origenes Homil. 15. in Jof. Denique brevibus Scholiis Psalterium fuisse ab Origene annotatum affirmat Hieronymus sive quisquis est auctor Comm. in Psalm. in Proem. *Proxime, inquit, cum Origenis Psalterium, quod Enchiridion ille vocabat, strictis & necessariis interpretationibus annotatum in commune legemus, simul uerque deprehendimus nonnulla cum vel perfrinxisse leviter, vel intacta penitus reliquise; de quibus in alio opere latissime disputavit, quod scilicet non pertinet rem magnam brevi sermone concludere.* Et deinde: *Non quod putem à me posse dici quia ille præteriit; sed quod ea que in Tomis vel Homiliis ipso differunt, vel ego digna arbitror lectio, in hunc angustum Commentariolum referam.* Quibus Tomi Origenis, Homiliæ, & Scholia in Psalterium singulatum notantur.

IV. Ex ejus Commentariis in Proverbia Salomonis particularas duas deponit Pamphilus in Apologia. Catena quoque manuscripta Bibliothecæ Mazacrinianæ in Lucam, ad cap. 8. v. 4. infigne fragmentum idem expromit. Ipsius explicationum in Ecclesiasten scribit Sixtus meminisse Methodium in libro de resurrectione. Quod equidem in fragmentis, quæ apud Epiphanius, & Photium extant, nusquam reperio. In Canticum Canticorum multum laboris & studii contulisse ipsum testatur Gregorius Nyssenus. Commentarios quidem & Homilias in hunc librum dedit. Commentarii duplices fuerunt: Parvum Tomum juvenis scripsit, è quod laciniat capiti septimo Philocalia intextam deprehendas: annis vero proiectior decem composuit Tomos, quos memorabili eloquio Hieronymus exornavit, in Prologo ad Damasum, suæ interpretationi duarum Origenis Homiliarum in Canticum præfixo: *Origenes, inquit, cum in ceteris libris omnes vicerit, in Canto Canticorum ipse se vicit: nam decem voluminibus explicitis, quæ ad viginti usque versuum milia pene perveniunt, primum Septuaginta Interpretæ, deinde Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, & ad extremum Quintam Editionem, quam in Actio liture invenisse se scribit, ita magnifice, aperteque differunt, ut inde mihi videatur in eo completum esse quod dicitur: Introduxit me Rex in cubiculum suum.* Horum Commentariorum pars non contemnenda in Editione Latina hodieque supereft, sed male in Homilias distributa, ut ostendemus inferius, cum de superstitibus Origenis Operibus erit agendi locus. Homilias autem in Canticum duas Hieronymus Latine explicavit, quas ut ipse F ait, in morem quotidiani eloquii parvulis adhuc latenteribus (Origenes) composuit.

V. Itaiam Adamantius Commentarii, Homiliis, & Scholiis interpretatus est; & Commentariorum quidem triginta libris, Homiliis viginti quinque. Hieronymus libr. I. Apolog. adv. Rufin. cap. 3. *Certe etiam Origenes Patriarchen Huillum, qui temporibus ejus fuit, nominat; & tricesimum tomum in Eflatam, in cuius fine edidit: Vatibicvitas Arie, quam expugnavit David, illius expositione concludit; ut cum alter prius sensisse se dicat, doctum ab illo, id quod est verius, confiteatur.* Et in Proemio ad primum Commentariorum suorum in Ieram librum: *Scriptit in hunc Prophetam iuxta Editiones quatuor, usq; ad visionem quadrupedum in deserto Origenes triginta volumina, è quibus vicesimus sextus liber non invenitur.* Feruntur & alii sub nomine ejus de visione tergeminis duo ad Gratiam libri, qui pseudographi putantur; & viginti quinq; Homiliæ: & quatuordecim quas nos Excerpta possimus appellare. Fluta autem scripsisse illum peruidere posunt h h hæc

*Erafin. in  
Censur. de  
Comment.  
in 3. Psal.  
Sext. Bibl.  
libr. 4.*

B VI  
Z

## ORIGENIANORUM

242

hac Eusebii verba, unde sua Hieronymus mutuatus est: καὶ ὁρέψεις δὲ καὶ τότεν ἡ χρέων τὰ ἀπό την ἡ  
ταιναν συνειστένετο, ἐν τούτῳ τῷ τρίτῳ αὐτῷ τὸ σταύρον μέχρι τὸ ὄρθιον τὸν τελετεῖδων τῶν ἐν τῷ ἐρήμῳ τριά-  
νοντα εἰς ἑπτάκα θεούς. Hac tempore Origenes commentarios suos in Isaiam composuit, εἰ-  
quibus in tertiam quidem partem Isaiae, usque ad visionem quadrupedum in deserto, triginta ad nos Tomi  
pervenerant. Et continuo de Commentariis ejusdem in Ezechielem agens, viginti quinque  
sua extitit ait, neque plures Origenem in hunc Prophetam scripsisse: quasi subin-  
iens aliquos ē Commentariis in Isaiam intercidisse. In antiquo Codice Marchali, unde Isaiae  
contextum deprompsit Curterius, & cum Procopii Commentariis edidit, Tomorum illo-  
rum Origenis numeri ad librum adscripti sunt, & in tricesimo definiunt, qui notatus est ad  
oram capituli 29. v. 1. atque hinc proinde pertinuit ad cap. 30. v. 6. unde initium dicit viii  
quadrupedum.

Jeremia Prophetiam per Homilias Adamantius explicavit. Quatuordecim ex Homiliis  
confusus ordine Hieronymus in Latinum sermonem transtulit, Novemdecim habuit Scoria-  
lenis Codex, quo usus est Corderius, sub nomine Cyrilli; quarum duodecim inter Hiero-  
nymianas jam ante habebantur. Fragmentum ex Homilia trigesima nona decimum offert  
Philocaliz caput. Cassiodorus in libro de insit. divinar. Scriptur. cap. 3. asserit Origenem  
45. Homiliis Jeremiam exposuisse, ex iisque quatuordecim sibi fuisse inventas, eas nimurum  
quas Hieronymus Latinitate donaverat. Denique Rabanus Maurus quinque illas supra  
quadragesima Origenis Homilias in Jeremiam videlicet asseverat. At in Threnos Jeremias  
novem Origenes dictaverat Tomos, ex quibus quinque duntaxat ad suam extatam perie-  
verasse Eusebii memoria prodidit.

Euseb. libr. 6. Histor. cap. 32. Ezechielem viginti quinque Tomis ab Origene fuisse illustratum docet idem Eusebius.  
Docet & vetus Marchali liber omnes Prophetas complexus: nam ad Ezechielis oram Ori-  
genianorum Tomorum numeri suis sunt notari locis, nec plures sunt quam quinque & virgini-  
ti. Ex Homiliis vero in Propheta hujus enodationem pronuntiatis, quatuordecim a Hiero-  
nymo Romanis converxerunt verbis in Latinam editionem conjecturantur. Ex hoc Origenis  
loco Tract. 29. in Matth. Quae autem sequuntur in textu Danielis, sicut potius, exposuit, in  
Danieli aliquid ab ipso compotitum fuisse discimus: & ē Proemio quoque Hieronymi  
ad undecimum Commentariorum in Isaiam, in quo ait, sese Origenem cum aliis fuisse asse-  
veratum in Expositione septuaginta Hebdomadarum; nisi quis hac in aliis fortasse libris obi-  
ter ab Origene tractata fuisse dicat. Multo igitur minus hac addocent Homiliasne an  
Commentaria in Danieli ediderit. Ceterum cum novemdecim Origenis Homilias in  
Jeremiam, falso Cyrillo adscriptis ē Scorialenisi codice depromserit Balthasar Corderius, &  
in editionis sua Præfatione notaverit ejusdem Auctoris Commentarios in Ezechielem &  
Danieli contineri in hoc ipso Codice, caveat Lector, ne eos quoque Cyrillo perperam tri-  
bui, itidem ut Homilias in Jeremiam, & ad Origenem pertinere temere existimet: tam enim  
Cyrilli quam Origenis esse possunt: re ipsa quippe in omnes Prophetas scripsisse fertur  
Cyrillus, & ejus etiam in Danieli Homilias in Vaticana Bibliotheca servati tradit Sextus  
Senensis. Rei veritatem vel sciant, vel scire possunt Scorialenses illi Hieronymiani, qui his  
thesauris incubant.

Sixt. lib. 4. Bibl. in  
Cyrillo. VI. In duodecim Prophetas viginti quinque ἡγένετο Origenis volumina manu Pam-  
phili exarata reperiisse se narrat Hieronymus: plures tamen scripsisse Adamantius significat  
Eusebius: τοῦτο εἰς τὸ δέκατον προφήτας τόμον συνάγεται ἀφ' ὧν πάντες ἐπορθύποτες καὶ εἰσιστοῦν. Et Tomos in  
libr. de  
script. Eccl. cap. 86. duodecim Prophetas confixit, ex quibus quinque & viginti duntaxat reperiuntur. In Osee non  
Euseb. libr. nulla scripsisse fertur, atque item in Zachariam, nec non & in Malachiam: atque hos Com-  
6. cap. 56. Hier. Pro-  
m. Histor. mentarios ē viginti quinque ἡγένετο illorum numero fuisse arbitror. In Osee quid com-  
mentatus sit, his verbis tradit Hieronymus: Origenes parvum de hoc Propheta scripsit libellum,  
am. Comm. cui hunc titulum imposuit: οὐτέ πῶς οὐρανὸν εἰπεῖσθαι τοπίον: hoc est: Quare appellatur in Osee  
in Osee. Ephraim: volens ostendere quacunque contra eum dicuntur, ad Hereticorum refrenda personam.  
Et aliud volumen αὐτοφανον καὶ ἀτίτυπον, quod & capite caret & sine. Addit præterea: Qui (Didy-  
mus) tres libros me pertente dictavit, quinque quoque alias in Zachariam. Nam & in ipsum duo tantum  
Hier. Pro-  
am. Com-  
ment. in  
Malach. Origenes scripsit volumina, vix tertiam partem à principio libri usque ad visionem quadrupedum  
edidit. Idem in Prologo ad primum Commentariorum in Zachariam: Scripsit in hunc  
Prophetam Origenes duo volumina usq. ad tertiam partem libri à principio. Hac Hieronymus de  
Commentariis Origenis in Zachariam: istud vero de ejus voluminibus in Malachiam:  
Scripsit in hunc librum Origenes tria volumina, sed historiam omnino non tetigit, & more suo totus  
allegoricis interpretatione versatus est.

Hieron. Proem. Com. in  
Matth. VII. De Origenis Exegetis in Matthæum id habet quoque Hieronymus: Legisse me fa-  
teor ante annos plurimos in Matthæum Origenis viginti quinque volumina, & totidem eusdem Homilias,  
Commentaria, interpretationis genus: hoc est, Commentarios, Homilias, & Scholia. Toti-  
dem ejus Commentarios numerat Eusebius libr. 6. Histor. cap. 36. Quapropter mendosa  
esse

A esse liquet hæc verba è Prologo Hieronymi, qui præfixus est Latinæ interpretationi Homiliarum Origenis in Lucam: *Siquidem illud quod olim Romæ sancta Blæsilla flagitaverat, ut 36.* Tomos illius in Matthæum, & quinq; alios in Lucam, & 39. in Iohannem nostræ lingue traderem. Legendum enim: 25. Tomos illius in Matthæum. Corruptam lectionem Erasmus, Sixtus Senensis, & Josias Simlerus ac Conradus Früius fecerunt. Mendoza quoque illa in Rufini <sup>Erasm. in Cenfur.</sup> lib. Orig. Sixt. Bibl. Invectiva 2. in Hieron. in quibus viginti sex Origenis in Matthæum libros ab Hieronymo <sup>libr. 4.</sup> commemoratos fuisse refert; quem etiam errorem secutus est Vincentius Bellovacensis <sup>1of. Siml. et C. Erif. in Epit. Bibl. Gefner.</sup> Specul. Doctrinal. libr. 18. cap. 43. Bonam illorum partem Græce repræsentavimus, melius rem tempus consumisit. Misere vero deformata sunt, quæ Latinis Editionibus continentur. Inter Homilias quæ in diversis inscribi solent, septem circa Matthæi interpretationem ver-

B sunt, sed quoniam incerti sunt auctoris & fidei, suo loco excutientur.

Quinque Tomos Origenis in Lucam Hieronymus commemorat. Novem vero & triginta ejusdem Homilias in hunc Evangelistam Latina oratione expressit, quibus peperit annotationes, quibus clementia, Tomis consumuntur. Plures vero ab Origene fuisse conscriptas cur suum spicer, faciunt postremæ sex, quæ cum continuatum in superioribus ordinem non teneant, è majori numero videntur detraæctæ. Facit & ipse Origenes Tomo 13. in Matth. pag. 333. ubi quædam a se in Homiliis in Lucam scripta narrat, quorum nulla in superstitibus Homiliis apparent vestigia. Comment. in Joh. Tomos triginta duos Adamantius edidit. Ita Rufinus Inveæt. 2. in Hieron. *Interim Origenis libros, ut supra diximus, in omnem admirationem extollit, & dicit, quod si eos interpretetur Romana lingua, cognoscet quantum boni & ante nescierit, & scire nunc coperit, id est, in Matthæum, inquit, viginti sex libros (lege, viginti quinque) & in Lucam quinque, & in Iohannem triginta duos.* Inde est quod in Codice Commentariorum in Iohannem quo usus est Ambrosius Ferrarius novem interruptæ seriei Tomi in 32. Tomos fuerant distributi. Emendetur ergo locus ille Prologi Hieronymi ad Homilias Origenis in Lucam a se conversas: *Siquidem illud quod olim Romæ sancta Blæsilla flagitaverat, ut 36. Tomos (lege 25. Tomos) illius in Matthæum, & quinque alios in Lucam, & 39. in Iohannem nostræ lingue traderem.*

Lege 32. in Iohannem; non ut legiſc̄ videtur vir eruditus, triginta quatuor. Scribit Eusebius <sup>Euseb. lib. 6. Histor. cap. 24.</sup> ex universa hac Commentariorum mole duos & viginti duntaxat libros suo œvo extitile. His vero temporibus vix superfluit novem. Duæ præterea in Iohannem reperiuntur Homiliae inter eas quæ in diversis inscribuntur; sed quoniam de ipſarum Auctore non conſat, de ipsiſ alias quæſitionem habebimus. De Expositionibus in Acta Apostolorum unum illud quod scribam habeo, aliquot Homilias in illa fuisse ab Origene lucubratis: caput ſiquidem Philocalia septimum claudit exiguum fragmentum è quarta Homilia in hunc librum.

VIII. Ad enodandas Pauli Epistolæ ingentem operam & laborem Origenes contulit: præcipue vero circa Pauli Epistolam ad Romanos ſummam adhibuit diligentiam; nam quæ in Latina Editione a Rufino converſa extant, vix mediana Commentariorum exæquant partem, quos in eam Epistolam ediderat. Rufinus in Praefatione ad Heraclium interpretationi ſuæ p. æfixa, *Suades, inquit, ut noſtræ voce quindecim ejus (Origenis) volumina, quibus Epifolani Pauli ad Romanos diſcurrunt, explicemus.* Ita legerunt & ediderunt Merlinus, Erasmus, & Genebrardus: inde Sixtus Senensis ſcripsiſc̄ Origenem dixit in Epifolam ad Romanos

E Commentariorum libros quindecim. At eos viginti numero fuisse afferit Cæſiodorus libr. de institut. divinat. ſcriptur. ita loquens: *Sancti Pauli prima omnium & admirabilior deſtina. & cognoscitur ad Romanos, quam Origenes viginti libris Græco ſermone declaravit: quos tamen ſupradictus Rufinus in decem libros redigens, adhuc copioſe tranſlavit in Latinum.* Conſirmatur illud ex his Rufini verbis in Praefatione mox laudata: *Addis autem ne quid laboribus meis deſit, ut omne hoc quindecim voluminum corpus, quod Græco ſermone ad quadraginta fere, aut eo amplius millia verſuum produxit, abbreviem, & ad media, ſeſeri potest, ſpatia coarctem.* Igitur Rufini interpretatione media circiter pars eft Origenianæ Operis: atq; haec interpretatio decem complectitur libtos; viginti ergo opus Origenianum complectebatur. Igitur pro quindecim legendum apud Rufinum viginti. Addit deinde Rufinus interpolata fuisse Commentaria Origenis, & in omnibus fere Bibliothecis defuisse aliquanta ex ipſo corpore volumina. Epifolam ad Corintheios priorem latiflamine interpretatum eſſe ipsum, ait Hieronymus Epifol. 52. ad Pammach. Id conſirmatur ex ipſius Origenis Homilia 17. in Luc. in qua ſe diſſeruile ait in hujus Epifolæ caput 1. verl. 2. Epifolam quoque ad Galatas Commentariis, Homiliis, & Scholiiſ explicavit. Testis Hieronymus: *Scriptit ille vir (Origenes) in Epifolam Pauli ad Galatas quinque propria volumina, & decimum Stromatum ſuorum librum cromatico ſuper expla- natione ejus ſermone complevit; Tractatus quoq; varius, & Excerpta, qua vel ſola poſſint ſufficere, in Epifol. ad compoſuit.* Hæc verba repetit ſubinde Epifol. 89. ad Auguſtinum; tum ſubjungit paulo post: *Hanc autem explanationem, quam primus Origenes in decimo Stromateon libro, ubi Epifolam Pauli ad Galatas interpretatur, & ceteri deinceps Interpretes ſunt ſecuti, &c.* Docet nos etiam Hieronymus tribus voluminibus Epifolam ad Ephesios eundem illuſtrat̄, ipſumque ſe ſuife ſecu- tum;

## ORIGENIANORUM

244

tum; quod iterat libr. I. Apol. adv. Rufin. cap. 4. & 5. Fragmentum è libro tertio in Epistola ad Colosenses adducit Pamphilus in Apologia. In priorem ad Thestalonicenses Epistolam *ξερντα* edidit Origenem discimus ab Hieronymo, cuius hæc verba sunt Epist. 152. ad Minerium & Alexandrum: *Origenes in tertio volumine ξερντα Epistola Pauli ad Thestalonicenses prima, post multaque vario prudentique sermone disseruit, hoc intulit: de quibus nulli dubium est Acacium pleraque libasse.* Atque hæc *ξερντα* libr. 2. contra Celsum laudantur. Decerpit è libro Origenis in Epistolam ad Titum laciini locupletavit Apologiam suam Pamphilus, easque ita commendavit: *Qua quidem non in publico dicta sunt ab eo, id est, in communi Ecclesiæ auditorio, ne forte puerus propter audientes favorabilem aptasse sermonem: sed ex illis hæc libris protulimus, quos in secreto apud semetipsum nullo arbitrio intercedente dictabat.* Denique in Epistolam ad Ebræos Commentaria & Homiliae emisit. *Commentariorum fragmentis in Apologiam usus est Pamphilus.* Quæ si quis ex Homiliis profecta esse velit; sciat ille, nulla ex Homiliis testimonia Pamphilum hoc Opere protulisse: id ipse asseverat: *Incipientes igitur indicis scriptorum suorum ostendere quid de singulis senserit, ex his præcipue libris testimonia congregabimus, quos accusatores ejus quam maxime criminantur, id est, quos per separatum & quietem in secreto conscripsit; hos enim afferunt maxime à predicatione Ecclesiastica dispare.* Quamvis autem Homiliae aliquot per otium, ut dixi, lucubraverit, in secreto tamen conscripsæ dici non possunt, quæ ad id conscribebantur, ut populo universo audiente recitarentur. Homiliae autem Origenis in illam ad Ebræos Epistolam allegat Eusebius libr. 6. Hist. cap. 25.

Utrum Apocalypses mysteria scriptione aliqua Adamantius aperuerit, incertum est; constat illud modo, mente id destinatis ipsum, cum Matthæum interpretaretur, in senecta nempe ætate; Tractatu quippe 30. in Matth. futurum pollicetur, ut ad libri hujus enodationem animum aliquando appellat. Quod si spem fecellit eventus, consilium morte permanent crediderim. Tradit certe Epiphanius, ut supra dictum est, propositum fuisse Ori-

Epiphanius.  
Hær. 64.  
cap. 3.

## SECTIO TERTIA.

### DE ORIGENIS EXEGETICIS QUÆ SUPERSUNT, DE QUÆ VETUSTIS IPSORUM INTERPRETATIONIBUS.

D

I. *De Exegeticis in Genesim, II. in Exodum, III. in Leviticum, IV. in Numeros: V. in Josue, Judices, Reges, VI. in Psalmos, & Proverbia: VII. in Canticum Canticorum: VIII. in Isaiam, IX. in Jeremiam, X. in Ezechielem, XI. in Osseam, XII. in Matthæum, XIII. in Lucam, XIV. in Johannem, & Acta Apostolorum: XV. & in Epistolas ad Romanos, Colosenses, Titum, & Ebræos.*

I. **E**x immenso Origenianorum *ξερντα* numero, ne brevis hæc quidem, quam recensuimus, series ab injuria temporum fuit immunis; maxima siquidem scriptorum illarum pars intercidit, adeo ut per pauca admodum vetustatis subterferant invidiam, & velut laceræ naufragio tabulæ ad nos transmissæ sint. Laceras dixi, nam vel truncatae, & magna sui parte mutilatae, & male mulctatae sunt, vel perverbis interpretationibus deformatæ. Attamen ut in aurificum officinis pretiosa ipsa scobs est, & studiose colliguntur ramenta; ita nos aureas magni Origenis reliquias, quoad ejus fieri poterit, è tenebris ac pulvere vindicemus. Initium erit à Genesi. Hanc diximus superiore sectione tredecim Commentariorum libris fuisse ab Origine expositam. Ex his fragmenta duobus suis de præparatione Evangelica Eusebius inferuit: prius extat libr. 7. & capituli prioris Genesios verbi duodecimum explicat; Commentariorum autem partem esse ex stylo arguitur: posterius illuſtrat capituli ejusdem versum decimum quartum, jacet autem in libro sexto Eusebii. Habetur etiam in Philocalia capitulo 22. fragmenti hujus pars aliqua, unde discimus è tertio Tomo Commentariorum Origenis de promtum illud esse. Aliud præterea reperitur Philocalia cap. 14. ubi ex eodem Tomo petitum id esse significatur. Ex horum librorum Præfatione exiguum fragmentum, & aliud quoque è libro primo recitat Pamphilus in Apologetico. Scriperat Origenes Homiliarum mysticarum in Genesim libros duos: illarum partem esse septendecim eas quæ supersunt arbitratus est Sextus Senensis. Huic ego neutiquam assentiri possum: Homiliae enim quas habemus, ex tempore videntur fuisse pronuntiatæ, & ab actuariis in literas relatae; mysticæ vero meditatoe per otium elaboratae, & ab Origene ipso editæ sunt. Editio Merlini Hieronymo tribuebat earum interpretationem quæ supersunt; hanc Rufino deberi agnoverunt Erasmus & Ge-

## LIBER TERTIUS.

245

A & Genebrardus. Id probatur ex ipsius Prologo ad Ursacium: *Nam & promisisti me memini;*  
*ut si quis sint Adamantii senis in Legem Moysi dicta colligerem, atque ea Latino sermone nostris legenda transferrem: & deinde: Igitur ut possum que injunxit, explicare contento. Iam enim ex omnibus que in Lege scripta reperi, sola ut puto in Deuteronomio desunt oratiunculae.* Atqui Latine redditas habemus Homilias in quatuor priores libros Pentateuchi; quis ergo Rufinum Interpretem autem inserviatur? Probat ipsum hoc Peroratio subiecta interpretationi Commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos, quam Rufino adscribendam esse suo loco docebitur: is in ea se Origenis Homilias in Genesin, Exodum, & Leviticum Latine convertisse scribit. Nulla itaque adhibenda est fides antiquo Codici Bibliothecae Regiae, in quo illa ipsa de qua agimus Homiliarum Origenis in Genesin interpretatione Hieronymo adscribitur.

B Observet interim Lectio, postremam Homiliam bonas sui parte esse mutilatam; nam omnes Patriarcharum benedictiones pro instituto non persequebuntur, & solenni caret clausula, quam Homiliis suis omnibus Origenes imponere conseruit.

II. Commentariorum in Exodum laciniis aliquot vigesimo sexto Philocaliae capiti Bafilii & Gregorius intexerunt. Homiliæ vero duodecim Latina editione continentur. Nomen Interpretis adscriptum non est, sed ex Prologo Rufini ad Ursacium, & ejusdem Peroratione ad interpretationem Commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos, quæ mox laudavimus, manifestum est non alium Interpretem quam Rufinum quæri debebere: id quod vel ex ipsa stylu similitudine statim deprehendas. Fallitur ergo Sixtus Senensis Hieronymo interpretationem hanc tribuens.

C III. Ad interpretationem Homiliarum Origenis sexdecim in Leviticum Rufino itidem adjudicandam, & arguendum Sixtum qui eam Hieronymo adscribit, valere debent eadem argumenta. Qualiter autem in interpretandis Homiliis illis, & quæ in Genesin, & quæ in Exodum habentur sunt, se geslerit Rufinus, id ipse declarat in Peroratione mox citata: *Fateor namque Heraclius fratrem amantissime, quod dum tuus desideris satisfacere cupio, oblitus sum pane mandati quo præcipitur: Onus supra vires tuas ne levaveris: quamvis nobis nec in ceteris quæ re insuffit, imo potius penitus diurni operis exigente, in Latinum vertimus, defuerit plurimus labor, dum supplerem cupimus ea quæ ab Origeni in auditorio Ecclesie ex tempore, non tam explanationis, quam adiutorii intentione perorata sunt: sicut in Homiliis, sive in Oratiunculis in Genesin & in Exodum secimus, & præcipue in his quæ in librum Leviticum ab illo quidem perorandi styllo dictata, à nobis vero explanationi specie translata sunt. Quem laborem adimplendi quæ deerant idcirco suscepimus, ne pulsatae questiones & reliete, quod in Homiliatico dicendi genere ab illo saxe fieri solet, Latino Leborumq[ue] fidium generarentur.* Egregium scilicet Interpretem, de suo quidquid libitum est largientem. Hoc illi debemus tamen, quod legitimo suo auctori restituta sunt; quæ inter Cyriilli Opera falso venditabantur. Itaque Bellarminus, quilibet, 4. de verbo Dei, cap. 11, essentia Origenis definire non ausus fuerat, easdem in libro de scriptor. Ecclesie, absque hesitatione huic attribuit. Unde explodus Heterodoxus quidam, qui eas posuit nuper inter Opera Origenis supposititia, Cæterum primum Philocaliae caput fragmentum exhibet ex Homilia secunda in Leviticum, quæ quidem ab Homilia secunda Rufiniana collectionis plane diversa est. Decurtata ea particula & mutilatam à Rufino Homiliam hanc opinati sunt quidam; sed multo verisimilius est plures fuisse Homiliarum istarum collectiones, & in una quidem secundum tenuisse locum Homiliam illam, unde prodiit Philocaliae fragmentum, quæ à Rufiniana collectione abfuerit. Homilias quidem in Numeros, quæ superant, à se collectas & digestas Rufinus ipse prædicat, ut mox dicemus. Homiliæ in Jeremiam ab Hieronymo Latine redditæ, alio ordine in Editione Latina, quam in Codicibus Græcis collectæ sunt: quod & alibi factum observabimus. Idem itaque Homiliis in Leviticum contigisse, & pro Interpretum, studiosorumve libita variis modis fuisse selectas, & ordinatas existimare proclive est.

F IV. Ex Prologo quem præfixit Rufinus interpretationi suæ octo & viginti Homiliarum Origenis in Numeros, quæ ad hanc diem superant, & ex ipso etiam stylo intelligitur vehementer eos falli, quicunque alium Interpretem assignant quam Rufinum. *Quacunque, inquit, in Numerorum libro, sive Homiliatico stylo, sive etiam ex his quæ Excerpta appellantur, scripta perimus, hæc perurgente te (Ursacium alloquitur,) Romana ut potius voce ex diversis in unum ordinem collecta digestissimus.* Hæc nempe quæ habemus Homilias undecunque collectas pro arbitrio suo in ordinem dispositas, simulque etiam Scholia ipsa permisit; quod Rufino Interpreti dignum erat. Inanis itaque est Andreæ Riveti Observatio, Autorem Homiliarum istarum Latinum esse ex eo arguentis, quod Homil. 12. differentia notetur inter, excidere, & exsidiere: quæ Rufini Interpretis munificentia accepta referenda sunt. Oratiunculas vero in Deuteronomio quo minus Latine exposuerit, quemadmodum animo definiaverat, mors impedimento fuit.

V. Homilias Origenis in Ioseph sex & viginti Latina nobis exhibet Editio. Hieronymo  
 h h 3 inter.

interpretationem tribuit titulus Prologi: sed tam interpretatio, quam interpretationi praefixus Prologus prorsus Rufinum auctorem habent. Ac ita stylus quidem stylo superiorum Homiliarum cum orationis contextu, tum dictiorum delectu per quam similis est. Nec interpretem se dissimulat ipse Rufinus in Peroratione sua interpretationis Commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos. Prologus quoque Rufinianas merces olet. Cur Hieronymus motributus sit, caussa id fuisse puto. Scripserat in Prologo Galeato Hieronymus: *In Templo Dei offert unusquisque quod potest; alii aurum, argentum, & lapides pretiosos: alii byssum & purpuram, & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles, & caparum pilos.* Hæc in Prologo suo expresit Rufinus, & dilaravit. Idem Chromatium alloquitur, quem Præfationibus suis in Paralipomena & in Tobiam Hieronymus compellar. Hos illi titulos largitur Rufinus: *O misemper venerabilis pater Chromati; istos Hieronymus* B *in Prologo libri 2. Comment. in Habacuc: Mihi Chromati, papa venerabilis. Ex his natus error.* Nec id casu tamen, sed dolos Rufini artibus factum conjicio, qui cum se Origenismi vulgo suspectum esse, propterea que miseras vendibiles merces suas intelligeret, fucum incautis lectoribus facere voluisse verisimile est; Hieronymi autem adversarii sui nomen præscripsit, quo cum quoque in Origenismi suspicionem vocaret, à quo tam sepe doctrina hujus fuerat criminatus. Simili vafrtie aduersus eum usus est in Peroratione interpretationis Commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos, ut suo loco à nobis dicerut. Rufini autem non minus familiaris fuisse videtur Chromatius, quam Hieronymi, utpote Episcopus Aquileja, quæ Rufini patria fuit. Gratianus Caus. 23, quæst. 1. ex Homilia 15. Origenis in Iosie locum afferat, quem Gregorio adscribit. Nempe locum hunc sibi usurpaverat G Gregorius, quem aliunde arreptum esse Gratianus advertebat debuit. Homiliae vigesimæ insigni parte constat duodecim Philocalia caput. Hanc si cum Rufini interpretatione conculeris, verēdū hæc in laudata totes Peroratione de se prædicaverit Rufinus, deprehendes: *Nam illa quæ in Iesu Nave, & in Iudicium librum, & in trigessimum sextum, & in trigessimum septimum, & trigessimum octavum Psalmum scriptissimus, simpliciter expressimus ut invenimus, & non multo cum labore transtulimus.* Rufinum quidem interpretationis hujus auctorem agnoscit. Erasmus: at Præfationem confitam à Bibliopolis & suppositam existimat, idcirco quod solleccinīs & sermonis inceptiis scatent, & quod Homiliae istas in Iosie extemporales esse significet, cum scribat tamen Athanasius diligentissimum Origenem fuisse. Futilia sane argumenta. Quali non orationem suam scribilibginibus quoque inquinaverit Rufinus; quasi non homiliae & ex tempore prouinciaverit Origenes, & per otium lucubraverit, ut infra demonstrabimus. Hæc Erasmi censura quantumvis inepita, in epitionem etiam istam à Magdeburgensis exprelit: *In librum Iesu Nave Homiliae 20. supersunt, quas non esse Origenis Erasmus indicat, ex solleccinīs dictiorum, & locutionum impropriate, & sermonis inceptis; item ex singulis allegorīs; tum quod Hieronymus in Catalogo Scriptorum nullam hujus operis mentionem facit.* Quod de Præfatione dixit Erasmus, de Homiliis dictum arbitrii sunt Magdeburgenses. Id longe abest ab Erasminentia: nam hoc argumento suppositiam putat Præfationem, non quod Homiliae istas Origeni falso ipsa adscribat, sed quod ex tempore ab ipso recitas fuisse doceat. Tum addit: *His adjicam quod ut Hieronymus in Catalogo Scriptorum nullam hujus Operis facit mentionem, ita Rufinus in Peroratione quam paulo ante citavimus, profiteretur hujus libri, & sequentis Iudicium Interpretem.* Ait Erasmus opera sua recentem Hieronymum in Catalogo Scriptorum nullam Interpretationis hujus fecisse mentionem; Rufinum vero in Peroratione subiecta Commentariis Origenis in Epistolam ad Romanos se eum auctorem esse professum. Atque ait id quidem, ut Rufinum, non Hieronymum, Interpretationis hujus auctorem esse probet; non ut falso Homiliae ipsas Adamantio adscribi demonstraret, quod putaverunt Magdeburgenses. Sic demum concludit: *Hec pluribus inculcare visum est, ob morosa quorundam erasque justitia, qui animum tribuant quibuslibet titulis ac Præfationis unculis.* Quibus verbis satis ostendit se de Præfationis, non de Homiliarum Auctore disputatione.

Perkins. in *tafel.* Et tamen Magdeburgensium sententiam amplexum esse video Gulielmum Perkinsium, aliumque xatatis hujus Heterodoxum, virum bene doctum, cuius nominis parco. Ex eadem Rufini Peroratione proxime commemorata Homiliarum novem in *Judices Fidei de euentu to fides Romanorum Ca tholicisimo.* auctior esse Origenes, Rufinus Interpres, & quidem, si quid ipsi credendum, satis accuratus deprehenditur. Nec aliunde profectam dicas Homiliam unicam in Reges Latine editam, sive opus ipsum, sive interpretationem speciem. Illud in ea maxime animadvertis velim, quod habetur circa initium: *Nolite ergo in nobis illud requirere, quod in Papa Alexandro habetis. Fatum enim quod omnes nos superat in gratia lenitatis.* Alexandrum Hierosolymitanum Presullem significat, à quo ad Presbyterii ordinem fuerat promotus. Quod cum ignoraret Andreas Rivetus, frustra ex iis occasionem sumvit Homiliæ hujus Origeni abjudicandæ. At quis ille, inquit, *Alexander Papa?* Si primus Episcopus Romanus ejus nominis, multo antiquior est: sive vero Episcopus *Alexandrinus*, multo recentior; succedit enim Achille anno Christi 311. cum Origenes extre-

## LIBER TERTIUS.

247

A **extremum diem obiisse et circa annum 256.** Alteram Homiliam de Engastrimytho, quam è **Vaticana Bibliotheca eratam publicavit Allatius, & Codicis fides, & stylus ipse, & Eustathii Diagnosticus Origenis esse demonstrant.**

VI. Agnoscimus etiam ex proxime allato Rufinianæ Perorationis testimonio Homilias novem in Psalmos 36, 37, & 38. Origeni merito abscribi, Rufino vero interpretationem; eamque simpliciter fuisse expressam. In gratiam Aproniani viri nobilis, & causæ suæ sayentis laborem hunc suscepimus à se declarat in Prologo his Homiliis præfixo. Tangendum hic obiter Erasmus, qui in Censura super his Homiliis, criticæ sue nimium permittit, earumque auctorem, & interpretrem, dubios facit: *Nec ipse, inquit, qui prefatur, profitetur se habere Homilias simpliciter vertit, si habeantur apud Gracos, nec illuc exprimit nomen Auctoris.* Verum quidem;

B at meminiisse debuerat Erasmus Auctorum nomina Operum initis præscribi solere, ac proinde præfatem Rufinum neceesse non habuisse profiteri has Homilias se ex Origeni vertisse, cum id titulus clamaret. Futilius etiam est argumentum peticum ex Peroratione, in qua nomen Auctoris non expressit. Agebatur de Operibus Origenis à se interpretatis; Origenem ipsum nominaverat: Homiliaruum ipsius in Genesim, Exodum, & Leviticum mentionem fecerat; addit deinde: *Nam illa que in Iesu Nave, & in Iudicium librum, & in trigesimum sextum, & in trigesimum septimum, & trigesimum octavum Psalmum scriptissimus, simpliciter expressimus ut invenimus.* Facile sane intelligitur hæc quoque Opera, itidem ut proxime commemorata, Origenis esse, cuius nomen ad singula apponere superfluum fuisset & molestum. Quod si hæc Origenianæ nominis prætermisito dubium Auctorem facit, cur de Auctore Homiliarum in Psalmos dubitavit Erasmus, de Auctore Homiliarum in librum Iudicium neutiquam dubitavit? par enim erat utroque ratio. Eodem modo de Auctore interpretationis ratiocinamus: quænam enim hæc est ἀπολογία, reliquarum Homiliarum in Peroratione memoratarum interpretationem tribuere Rufino; hanc vero illi, earum itidem ut aliarum interpretem se profidenti abjudicare? Magni profecto & excellentis ingenii vir fuit Erasmus, sed præcipitis judicii. Hanc tamen ejus censuram sequuntur Magdeburgenses, sequitur & Robertus Cucus Anglus; eamque hoc fulcit argumento: *quod in diversis textibus explicandis, quomodo Latine, quomodo Graece se habent, enarrat. Exempli gratia in Psalmum 6.* Hic (inquit, verbis faciens de textu quodam in Deuteronomio) ubi Latine dicitur: *In zelum adduxerunt me, & ego in zelum adducam, in Graeco idem ipse sermo est, quis & in Psalmi initio est dicitus:*

D **Amulati sunt me, & ego amulabor eos.** Parum enimvero perspecta fuit huic censori Rufini licentia, cui solenne est ejusmodi additamenta ad Auctoris contextum adjicere. Hoc amplius, Erasmus ex Origenianis in Psalterium Commentariis de promtum hunc Homiliarum librum, liberius conversum, & in Homiliis disiectum, immanni proflus audacia conjectat. Nam ejusmodi feratur conjectorum licentia: jam vero quid erit certum, quid constans in literis? antiqui rerum confundentur fines, & omnia susque deque vertentur. Merito itaque hanc Erasmi censuram confutat Genebrardus in Collectancis, multisque ac solidis rationibus has Homilias auctori suo Origeni asserit. Atque ex eo quoque refellitur Gulielmus Perkinus Anglus, qui Homilias duas in Psalmum 38. ex genuinorum Origenis Op-

E **five Antiquitates Constantinopolitanas subiunxit, in quibus inter libros illustris, Principis de ementia to Romani, fidei Ca-**

**Domini Jacobi Marmoræ hunc recenset, cui titulus est: *Origenis explicatio in Psalterium tholosimino.*** David. Tum subiicitur: *Et rursus in explicationem Origenis habet solutionem explicationis Iohannes Mabropoda Metropolitanus sanctissima Metropolitica Ecclesia Euchairiarum: atque ipse Origenes, uti habet suam explicationem, filius est S. Hippolyti Philosphi, & Martyris.* Hec ipsa ad calcem Apparatus sui adjecta Possevinus, cum variarum Bibliothecarum Catalogos perticeret. Quia cum satis obscura sint, ego sic intelligo, Origenem in hac Explicatione Psalterii imitatum esse Hippolytum, quem Commentarios in Psalterium scripti tradit Hieronymus.

F Eundem autem Hieronymum alibi probavimus falso ibidem docuisse Origenem in Hippolyti emulacionem ad interpretandas Scripturas lese accinxisse. Igitur vel Catalogi concin-

**Hieron. de script. Ec- clej. c. 36.**

uator, vel qui Codicem ipsum descriperat, Origenem puravit in explicando Psalterio Hippolyti imitatem & filium fuisse. Scribunt præterea Josias Simlerus, & Conradus Frisius in Epitome Bibliothecæ Gefnerianæ, aliqui, Origenianam Psalterii expositionem in Cæsarea Viennensi Bibliotheca asservari.

Porro è Tomis in Psalmum primum habemus partes aliquas apud Epiphanium Hæc. **in Origene.** 64. cap. 6. & Philocalia cap. 2. & 3. & apud Eusebium libr. 6. Histor. cap. 25. & iterum apud Epiphanium in eadem Hæc. cap. 10. & apud Pamphilum in Apologeticu, ubi sextam adversus Origenem criminationem refellit. Kursum insigne segmentum è Tomo in Psalmum quartum capite 25. exhibet Philocalia; & aliud è Commentariis in Psalmum sextum Apologeticu Pamphili, septimam confutans adversus Origenem criminationem; & aliud

juc.

246 iterum idem Apologeticus, sextam criminacionem tractans, è Commentariis in Psalmum decimum quintum, & aliud denou ibidem, è Commentariis in Psalmum decimum octavum; & rursum aliud Philocali capite primo, è Commentariis in Psalmum quadragesimum. At Eusebius libr. 6. Histor. cap. 38. profert particulam ex Homilia ad Psalmum 82. Hæ omnino reliquia è tot Homiliis & Tomis temporum injuria subdulæ sunt. Commentariorum in Proverbia fragmenta duo in Apologetico suo Pamphilus ab interitu vindicavit. Aliud quoque in Catena Mazariniana in Lucam extat; sed Catenarum fragmenta recensere nobis hic propositum non est.

VII. E parvo Tomo in Canticum, quem juvenis scriperat Origenes, particulam quan-  
dam habemus Philocaliae capite septimo. E secundo vero Tomo Commentariorum quos  
decem voluminibus grandior natu digesti, aliud segmentum reperimus vigesimo sexto ca-  
pite Philocaliae, quae in eo finem facit. Eorundem vero voluminum decem Prologum, cum  
sequentium Tomorum initio Latina Origenis representat editio, a Rufino interpretatum:  
sed deformatum, & pro Homiliis perperam venditatum. Cur ita sentiam, cauillas afferam  
adversus nonnullos, qui de Operis hujus Auctore falsa senserunt. Ejus quidem scriptor esse  
Origenes ex stylo deprehenditur, & ex allegoriciis & tropologicis expositionibus, in quas  
ab historicis excurrit. Id probant præterea sententia earum consimilis & germana, quæ  
in duabus Homiliis ab Hieronymo conversis occurunt: *Epithalamium, inquit in Prologo,*  
*libellus, id est, nuptiale carmen, in modum mihi videtur Dramatis à Salomonem conscriptus, quem*  
*cecidit inßar nubentis sponsa & erga sponsum suum.* In Homilia vero priore ab Hieronymo  
Latine redita: *Ha quispe in hoc libro, inquit, fabula pariter & Epithalamio sunt persona, ex quo*  
*& Gentiles sibi Epithalamium vindicarunt, & istius generis carmen assumunt est.* Epithalamium  
siquidem Canticum Cantorum. Primum Cantici verum expponens in *proposito* Homilia qua  
Prologum excipit, scribit *τὸν πρῶτον* variis nominibus in Scriptura sancta signari, vel voca-  
bulo cordis, vel pectoris ac finis, si de discubentibus in convivio agatur; velut cum super  
peccatum Iesu recubuisse dicitur Johannes, Christi *ὑπερπόντος* esse intelligendum: in Levitico  
idem exprimitur peccatum & arnum, qui Sacerdotibus separatur, in Cantico vero per  
ubera. Tum ita concludit: *Cor tuum, ο Σόψανε, id est, dogmata que in via te sunt, vel do-*  
*ctrina gratia superat omne vinum, quod cor hominis letificare solet. Sicut enim in his de quibus dicit:*  
*Quia Deum videbunt, cor competenter dictum esse videetur, & inter discubentes sinus ac peccatis po-*  
*natur pro habitu sine dubio discubentium, formague convivii: & rursus ut apud Sacerdos peccatum*  
*& brachium mysticis designatur eloquius; ita etiam arbitror in praesenti loco, ubi amanum habi-*  
*tibus & colloquia describuntur, gratissime hoc ipsum principale cor dis in umeribus appellatum. Ecce*  
*tibi res easdem in Homilia priore ab Hieronymo convertia, super eundem Cantici verum:*  
*Congru fermo divinus unam candemq, rem pro locorum qualitate diversis vocabulis nuncupat,*  
*Quando hostia effertur in Lege, & vult intellectum ostendere, peccatum separationis affatur.*  
*Quando vero recumbit albus cum Iesu, & sensu ejus communione perfruitur, non peccatum*  
*ut supra, sed peccatum alloquitur. Porro cum sponsa loquitur ad Sponsum, quia nuptiale carmen induci-*  
*tur, non peccatum, ut in sacrificio; non peccatum, ni in Iohanne discipulo, sed ubera nominat, dicens:*  
*Quia bona ubera tua super vinum. Communica ut Sponsa cum sensibus Sponsi, & scias quia inebriant*  
*arg. letificant istiusmodi cogitatus. Quis non utrumque locum in eadem incede formatum di-*  
*cat? Merlinus demum in aliquo quicunque Codice nomen Hieronymi Operi huic adscriptum*  
*se reperiret, sed in omnibus tamen vetustis, & probatis voluminibus Origenem aucto-*  
*rem signari fatetur. Dubitandum itaque non est, quin Origenem Opus istud de quo agimus,*  
*auctorem habeat.*

Nunc vero probandum est, perperam fuisse illud in Homiliis distributum, & partem esse Tomorum decem quos in Canticum scriptis memoratur. Argumento primum stylus est, quem alium esse in Tomis, alium in Homiliis sciunt quin Origenis lectione versati sunt. Stylus Homileticus familiaris est, simplex, popularis, brevis; alter sublimis, diffusus, curiosus, eruditus. Talis autem scriptio in Canticum, de qua res est. Quorsum præterea Prologus illi? Prologos Tomis nunquam non præfigit Origenes; nunquam Homiliis. Postremo tamen in hac clausula Origenis Homiliae fere terminari solet, ut vix unam alteramve ab hoc more discrepet. Panem teperias, εν τοις αιτοις, φητινοις διδασκαλιοις τον πατρα Εις αγιων ιησουν αποστολαν, cuiusmodi nihil in Leudiverbiis; illis Origenis Homiliis occurrit. Minime ergo Homiliae sunt, sed Tomi. Optime Vincentius Bellovacensis Speculi Doctrinalis libr. 18. cap. 43, Origenianarum scriptiorum numerum contexens, emittit Adamantium ait in Canticum Homilias duas; in principium vero libri ejusdem librios tres. Nec patitur Operis granditas, ut partem eam esse putemus parvi Tomi, quem juvenis in Canticum elaboravit; cum præcertim fragmentum illud est parvo Tomo, quod Philocalia capite septimo adducitur, in his quatuor Homiliis vel Prologo nusquam exter: at illud alterum quod capite vigesimo sexto Philocalia ex secundo è decem Tomis de promtum est, in Homilia secunda ex illis quatuor reperiatur. Quapropter verisimile est

A tres Homiliae priores ipsos esse priores Tomos tres; postremam vero, quarti partem; quod & ex eorum prolixitate estimare licet. Denique in eo Opere laudat Origenes Expositiones suas in Exodum, in Leviticum, in Numeros, & in Josue, quas probabile non est jam tum fuisse elaboratas, cum parvum Tomum in Canticum moliretur, utpote quem adhuc juvenis composuit; at maturior aetate ad decem Tomos concinnandos accessit. Objici potest scriptum esse ab Hieronymo in Prologo interpretationis Homiliarum duarum in Canticum, Originem in decem Tomis Septuaginta Interpretates, Aquilam, Symmachum, Theodosium, & Quintam Editionem magnifice, aperteque disseruisse; quod cum in *iusdicitur* quas tractamus Homiliis non appareat, hinc consequi Opus esse a decem Tomis diversum. Verum scendum est, Rufinum scriptoris hujus esse Interpretem, ut mox ostendam, cui cum solle  
B lenne sit pervertere omnia, & ad libitum recoquere, adeo ut Tomos Origenis in Epistolam ad Romanos ad medianam partem coarctaverit, quis illam ab eo fidem expectet?

Supereft ut Rufinum Interpretem esse demonstremus. Hieronymus in Prologo Homiliarum duarum Origenis in Canticum, de decem voluminibus Commentariorum agens, eorum interpretationem ait a se fuisse pretermissem, quod res esset ingentis otii, laboris, & sumptuum. In libro quoque descriptoribus Ecclesie, inter libros Origenis a se convertos, nullam hujus mentionem fecit. Minime igitur Hieronymo adscribenda est haec interpretatione. Gennadius autem in Catalogo Viatorum illustrium significare videtur quæcunque Origenis opera Hieronymum interpretarem non habent, ad Rufinum esse referenda; neutquam ergo dubitare licet, quin interpretatio ea Rufino debeatur: nam antiquam esse, & æqualem Hieronymianæ aetatis, & Gennadio antiquiore stylus fatis arguit; qui, ut alia omnia prætermitterem argumenta, solus Rufinum interpretarem indicat. Maxime vero indicant selectæ quædam, & magna ex parte barbaræ voces Rufino usitatisimæ, cuiusmodi illæ sunt: *attulare, competenter, complecti* in significacione passiva, *cessare, creature, pro creatio, incorruptio, numerositas, observantie, observanter, participum, pro eo quod est, partis adeptio, preciositas, rationabiliter, refutare, pro abnuere, sequentia, significantia*. Quod si quis opponat interpretationibus suis Prologos Rufinum præfigere solere, ut tradit Gennadius; huic autem libro Prologum ab Interpretate appositus non fuisse; sciat ille multos è Rufini Prologis intercidisse; velut illum, quem toties laudavimus, Numeris præfixum, & Ursacio inscriptum, quem Latina Origenis Editio neutiquam repræsentat.

C **D** Quæ cum ita sint, de nihilo esse patet, quod in vetustis quibusdam Codicibus nomen Hieronymi lucubrationi huic fuit prænotatum, ut obseruat Sixtus; quodque ex hoc Opere testimonia attulerint Magister Sententiarum, & S. Thomas, sub nomine Ambrosii. Castigandus quoque Erasmus, qui & ipse sentit, & idem ut sentirent Magdeburgenses perfecit, hocopus esse *Hominis Latini pulchre docti, ac bene diserti*: propterea quod in Prologo Græcos laudat, velut alienos, his verbis: *Quam apud Græcos, qui eruditæ ac sapientes videntur. Id ipsum liqueret ex interpretatione amoris, charitatis, dilectionis, & cupidinis.* Demum suspicatur ejus esse, cuius extant libri de vocatione Gentium, & Commentarii in aliquot Psalmos. Quæ quam frivolasint, proumptum est ostendere. Ethnicios omnes à Luca in Actis, & à Paulo in *Ad Corinthus* appellari notum est: hinc Judæi opponuntur *τοῖς Ἕλλησι*, id est, Ethnici, seu Gentili-  
E bus. Itaque à Patribus *Ἕλλης*, tanquam alieni laudantur, & ab ipso etiam Origene Tom. 15, in Matth. p. 382. ubi ait: *Ἐὰν δὲ τις τὸν ἀρθρὸν ἐρεψεν διδούσια καταφροῦν θρόνον τοῦ λαζαρεοῦ,* τράπεζαν *διληποιεῖ, διανοθετατὴν τὸν τονούς τοῦ Ἑλληνῶν ἵστοριον, ἐν τοῖς δέξιοι τον πατέρων εὐολαβεῖσθαι τοῦ τονούδα τῷ πλεοντὶ λαζαρεῷ στρῶνται.* Ceterum vel ex hoc loco, unde suppositum esse illud opus conjicit Erasmus, ubi non obscuris verbis Platonis laudatur Symposium, in quo de amoris natura differunt, conjectura non levius capi potest, auctorem Operis hujus esse Origenem, cui Platonis disputationes suos in usus convertente solenne est. Quod ad vocum illarum, *amoris, charitatis, dilectionis, & cupidinis* attinet, haec atque alia ejus generis, que Romanum scriptorem sapiunt, Rufini perfidiae debuerunt adscribi. Quale illud est quod obseruat Robertus Coccus Anglus, dixisse Autorem Commentarii hujus, *Verbum Dei apud Græcos masculino genere proferri, apud nos neutro genere: & qualia sunt ea loca Operis istius, de quibus ait Bruno Amerbachius Praefat.* in Hieronymi Tomum 7. *Antea sunt, quæ Latini hominis esse non Graci comprobent.* Quorum judicium, *Perkins. in Problema te de emer- tio fidei Romane Catholicis* & illud Gulielmi Perkinsi, inter rejecula & spuria hoc Opus recententis, merito floccum facimus.

F Præterparvi Tomi fragmentum, & amplas è decem Tomis lacinias, duæ quoque super- sunt Homiliae ab Hieronymo Latino sermone explicatae *fideliter magis, quam ornatae*, ut ipse ait in Prologo ad Damasum. Homiliam priorem in partes duas perperam Merlinus dif- ficit; primam partem Epistolæ pro Praefatione venditans. Errorum viderunt Erasmus, & Genebrardus, & insuis Editionibus correxerunt; parte utraque in unum conjuncta.

VIII. Superiori Sectione diximus, Origenem triginta voluminibus, & viginti quinque

## ORIGENIANORUM

250

Homiliis Isaiam explicasse. E libro primo Commentariorum fragmentum afferit Pamphilus in Apologetico; & aliud paulo post ē libro vigesimo octavo. Ex Homiliis superfluit omnino novem in Editione Latina. Interpretis nomen non adscribitur, quem Hieronymum esse censco. Idipsum censet Erasmus, atque Hieronymum in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum fateri se hoc fragmentum vertisse ex Commentariis Origenis in Iaiam. Evidem id solum in eo Catalogo reperio, ubi de seipso agit Hieronymus: *In Hieremiam & in Ezechiem Homilia Origenis viginti octo, quas de Graeco in Latinum verti; de Seraphim & Oanna.* Atqui Homiliarum quæ extant, prior agit de Seraphimiis stantibus super solum Domini, Iaiae 62. sed leve est hoc argumentum, ad probandum istas novem Homilias Hieronymum convertisse. Verisimilior mihi conjectura capitur ex stylo, & ex delectu quendam dictiōnem, quas frequentius sibi Hieronymus ascerere amat, quod optimum est internoscendis Scriptoribus argumentum. Dictiones illæ sunt: *absensus, dominicus, nuncupatus, principale pro eo quod est, rōm̄, mons, principia alii, principalis, prophetes, reprimis, zo, reprimis, speculatorius, turpiloquium, Zabulus, cuncta Evangelicorum*, aliaque ejusmodi. Notet diligens Lector Homiliam nonam multilam esse in editionibus Merlini, Erasmi, & Genebrardi, & postrema parte truncatam, eique supplendat detracētam fuisse partem postremam Homiliæ nonæ (juxta Hieronymi collectionem sextæ) in Jeremiam, ab his verbis: *Conversæ sunt ad iniquitates parum priorum.* Jamdiu vero in his Homiliis error iste inolevit: Codices siquidem manu exarati Bibliotheca Regia eadem deformitate vitiati sunt. Nempe facile contigit ut librarius imprudens ad describendam postremam partem Homiliæ Origenis in Iaiam nonæ, ab Hieronymo conversæ accedens, casu inciderit in postremam partem Homiliæ Origenis in Jeremiam nonæ, ab Hieronymo itidem conversæ. Unde non inane quoque sumitur argumentum Homiliarum in Iaiam non secus interpretrem esse Hieronymum, ac Homiliarum in Jeremiam. Profecto causa fuit hic error, cur postrema pars Homiliæ in Iaiam nonæ intercederet.

IX. Observavimus supra quinque & quadraginta in Jeremiam Homilias Origenem eli-  
mas. Ex ingenti hac Homiliarum striae quatuordecim Latine refudit Hieronymus, ut  
ipse de se testatur in Præfatione Homiliarum Origenis in Ezechiem, & in libro de scriptor.  
Eccl. Novemdecim Graec edidit Balthasar Corderius ē Scorialensi Bibliotheca, suamque  
interpretationem adjunxit. Cyrilli vero præfixit nomen, deceptus ab antiquo Codice, opti-  
mæ cæteroquin noræ. Ista nominum commutationes ex eo oriuntur persæpe, quod in  
idem compacta volumen plurima variorum opera, partim auctorum suorum inscripta no-  
minibus, partim destituta, librarios facile fallant, carentem auctoris sui nomine scriptiōnem  
ad eundem pertinere credentes auctorem, cuius nomen præ se fert scriptio proxime ante-  
cedens. Non in his vero duntaxat, sed in aliis etiam lucubrationibus, Origenis nomen  
cum Cyrillinomine permistum ac confusum est. Sexdecim Origenis Homilias in Leviticum  
vetustæ Cyrilli habent editiones, & Cyrillo adscribunt. Commentarium quen-  
dam in Marcum (quem aliquando cum Deo publici juris faciemus) Origeni Codices  
quidam, Cyrillo nonnulli, Victor Antiocheno alii tribunt. Novemdecim itaque Ho-  
milias Cyrillo perperam adscriptas Adamantio restituendas judicamus hoc argumento,  
quod inter quatuordecim Origenis Homilias ab Hieronymo conversas duodecim exis-  
reperiantur, quas Graec Corderius publicavit. Accedit Vaticanus Codicis auctoris,  
has ipsas novemdecim in Jeremiam Homilias habens, & Origeni aspignans. Septem ex illis  
emisit in lucem Michael Ghislieri in Catena sua in Jeremiam; eas nimur quæ in Hiero-  
nymianis debeat. Eundem inter illas ordinem ponit Codex uterque, atque eum legit-  
imum, & Jeremiæ locis quos enarrant, consentaneum. Nam quem tenuit Hieronymus,  
confusus ille est, vel ipso fatente: *Itaque, inquit, post quatuordecim Homilias in Hieremiam,  
quas jam pridem confuso ordine interpretatus sum.* Unde manifestum est, titulos his Homiliis  
præfixos Hieronymi non esse. Ad hanc fragmentum ex Homilia trigesima nona, capite de-  
cimo Philocalia exhibetur.

X. Tomi Origenis in Ezechiem vigesimi particula quadam constat undecimum Phi-  
localia caput. Hieronymus vero quatuordecim ejusdem Homilias in hunc ipsum Pro-  
phetam Romanis verbis expressit. Testis Prologus in earum Homiliarum fronte colloca-  
tus: *testis & liber de Scriptor. Eccl. cap. 146.* Testis quoque Rufinus Invect. 2. qui & ad  
Vincentium Prologum scriptum fuisse docet. Miratur Erasmus quid sit cur Hieronymus,  
alias creber Præfationibus, nihil ad Homilias in Iaiam, & Jeremiam a se Latine redditas  
præfatus sit; in Prologo autem ad Homilias in Ezechiem erasmus queritur Hieronymi  
nomen, & ejus quoque quem Hieronymus alloquitur. Suspiciatur vero Prologos fuisse sub-  
latos ab his ad quos scriperat, postquam Origenis nomen factum est Romanis invictis, &  
verisimile esse in his Prologis Hieronymum magnifice prædicasse Origenis ingenium.  
Ego vero singulis libris Origenis a se expositis Prologos prætexuisse Hieronymum  
fateor

Erasm. in  
Cen. ur.  
libr. Orig.

## LIBER TERTIUS.

251

A fateor, nam id afferit Gennadius in Catalogo virorum illustrium: at quos prætexuit, non de industria, sed cau & librariorum oscitania censeo fuisse sublatos; alioquin sublati quoque fuisse Prologus ad Damasum Homiliis Origenis in Canticum præfixus; & iste alter ad Homilias in Ezechielem. In editione Merlini Prologo præfixus est hic titulus: *Prologus Translatoris ejusdem: ejus nempe qui antecedentes Origenis Homilias in Jeremiam vertit, quem comitat Hieronymum fuisse.*

B XI. Ostendimus superius ex Proemio Commentariorum Hieronymi in Oecam, parvum scripsisse libellum Origenem *επει τοις παντας οντας επομενην επει τοις επονεις*, & aliud præterea in eundem Prophetam volumen *αποφαλον κατα διτλανσον*. Ex utro petitum sit istud fragmentum, quo conflatur oecavum Philocalia caput, incertum est; ex alterutro perteum esse certum est: nam quamvis id eis præmissum sit: *επει τοις επει τοις επονεις*, Hieronymus aurem loco laudato nullos ab Origene in Oecam scriptos fuisse Commentarios afferat dicens: *Rogavi eum, (Didimum) ut quod Origenes non fecerat, ipse compleret, & scriberet in Oeca Commentarios, intelligendum est plenos in totum Oecam Commentarios Origenem non scripsisse, sed ex quos solum libellos.*

C XII. Viginti quinque in Matthæum Tomos Origenes elaboravit. Breve segmentum è primo Tomo adducit Eusebius libr. 6. Histor. cap. 25. eoque brevius aliud in idem profert Pamphilus in Apologetico. Aliud è secundo Tomo, Philocalia capite sexto exhibetur. Aliud afferit è septimo Tomo Pamphilus. Julius Cæsar Bulengerus in Disputationibus contra Cataubon Part. 2. Diatrib. 3. pag. 191. fragmentum afferit ex Origene ad cap. 6. Matth. & p. 166. aliud ex eodem ad cap. 23. atque aliud item pag. 167. ex isdem Expositionibus in Matth. cuius locum non indicat. Indilgens profecto Bulengerus, qui unde hæc habuerit sibi, Lectorem non monuit. An ex Codice aliquo manu scripto? vix credo: nam quicunque hodie superfluit, quicunque certe nihil noti sunt, vel a decimo tertio capite vel a sequentibus ducunt initium; in vigesimo secundo, vel citra definiunt. Fortasse igitur ex Catena aliqua prodierunt isthac. Quanquam nihil habent ejusmodi, quotquot excusimus Catenas ego & Combefisius. In verutis Codicibus manu exaratis Tomus undecimus cum sex proxime sequentibus reperitur. Codex Ladenburgensis, quo usus est Erasmus, a Matth. 13, 36. auctor picabatur, quemadmodum & Holmienus: Regius priore undecimi Tomi parte multatus est. In Catalogo librorum Ducis Bavariae notatur Tomus undecimus initio D quoque mutulus, cum proxime sequentibus quinque. Erasmus in Epistola ad Franciscum Cigalimum affirmit nihil Origenis habere in decimum Matthæi caput. At Vaticanus Codex fertur constare Tomis decimo, undecimo, duodecimo, & decimo tertio. Scripserunt quoque Jostas Simlerus, & Conradus Frisius in Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ, haberi in Italia Bibliotheca quadam decimum Tomum Commentariorum Origenis in Evangelium Matthæi; item fuisse apud Diegum Hurtadum Venetiis eundem Commentarium Tomum 1. (lego X) XI. XII. Quod si par est reliquorum inter se consensus, qualis Regie exemplaris cum Holmienti, ex uno eodemque Codice descriptos omnes censuetum. Porro levis licet Bellarmini conjectura, qua Commentarios illos ab Origene abjudicat, non tamen ~~avantibus~~ prætermittenda est. Sic ait ille in libro descriptor, Ecclesiast. ubi

E de Origeni: *Tractatus quintus in Matthæum videtur esse Latini auctoris: nam adducens Auctor verba Isaiae 48. Dominus visi me & spiritus ejus: in Greco, inquit, Spiritus Sanctus neutri generis est, non masculini, ut apud nos; ubi se inter Latinos numerat. Et si Tractatus quintus Latini auctoris est, non parva sapientia est reliquos etiam Tractatus ejusdem Operis, Latini auctoris esse.* Habetur hic Origeni locus Tom. 13. in Matth. 18. p. 323. 324. Quamvis hoc Bellarmini judicium palam refellat Codicis Graci lectio; ea tamen si carceremus, non plus valeret illud adversus hunc Adamantii librum, quam adversus reliquos, quos veterum Interpretum studio Latine redditios legimus: in iis liquidem frequenter ejusmodi occurruunt additamenta Interpretum, sua lingua hominibus gratificantium. Legat qui volerit pagellas aliquot à Rufino conservas, videbit quam saepe mantillas similes de suo accudat.

F Amplior est Vetus Interpretatio Commentariorum Origenis in Matthæum, quam Græcum ullum exemplar manu scriptum: Holmiense quippe omnium, quæ quidem ad meam pervenerint notitiam, prolixissimum, a Matthæi capite 13. vers. 36. ad caput 22. vers. 33. pertinet: præsca autem Interpretatio à Matthæi 16. 13. initium ducens, ad 27. 66. progrederitur. Hanc Commentariorum partem in Homilias sive Tractatus 55. librarii male feriati divisorunt. Recentior videtur ista divisio temporibus Vincentii Bellovacensis; quippe qui Speculi Doctrinalis libr. 18. cap. 43. libros Origenis sua extate superstites recensens, cum eos fore commemoret, qui hodieque in Editione Latina comparent, libros in Matthæum viginti sex assignat, corrupti ut dixi exemplaria fecutus, quæ totidem pro viginti quinque notabant. Interpretationis auctorem assignare proclive non est. Hieronymus in Prologo Homiliarum Origenis in Lucam scribit nec virium suarum, nec otii, nec laboris fuisse vi-

ginti quinque Tomosilius in Matthæum, quinque in Lucam, triginta duos in Johannem, A  
rogante Blæsilla, Romana lingua tradere. Proinde Veteris Interpretationis in Matthæum  
auctor non est Hieronymus. Minime sane audiendi Josias Simlerus, & Conradus Frisius,  
ita sribentes in Epitome Bibliotheca Gesneriana: *Origenis in Matthæum Homiliae 36. ab  
Hieronymo translate, inter D. Hieronymi Opera habentur: nam neque extant Homiliae 36. Oti-  
genis in Matthæum, sed 35. duntaxat; neque earum Interpres Hieronymus habendus est;*  
imo Hieronymo recentior est, nam sijam prodiisset ejus ætate, novam Blæsilla neutiquam  
postulasset; nec ita scripsisse Hieronymus in Epistol. 65. ad Pamphach. & Ocean. cap. 2.  
*Centum quinquaginta anni prope sunt, ex quo Origenes moriuitus est Tiri: quis Latinorum aucti-  
us est unquam transferre libros ejus de resurrectione, οἱ ἀγῶνες σπουδαῖς, & τόπος; Nemo igitur exi-  
stimet ullam Tomorum interpretationem esse Hieronymo antiquiore. Nihilo magis Ru-  
fino videtur adscribenda, quod Erasimi pace hanc ipsi attribuentis dictum velim: ille enim  
in Apologia Pamphili loca quædam è Commentariis in Matthæum adducta interpretans,  
non alius solum utitur verbis, quam quæ interpres iste Vetus adhibuit, verum etiam multa  
quæ in eo desiderantur, repræsentavit: cum tamen in eadem Apologia loca vertens ex aliis  
de promta Commentariis, quos ipse fuerat interpretatus, non alius utatur verbis quam suis,  
seque sui similem in eodem loco bis vertendo ostendat. Adde stylum ab Hieronymo &  
Rufiniano penitus discrepare, & recentioris ac recentioris atatis vitio & corruptela esse in-  
quonatum. Gennadio quoque recentiorem esse ex eo conjicio, quod in Catalogo illu-  
strum virorum non obscure significat, quæcunque Origenis Opera ab Hieronymo non  
conversa suis temporibus extabant, ea à Rufino Latine redditâ fuisse. Ostendimus autem  
nec Hieronymo, nec Rufino adscribi posse hanc interpretationem, unde sequitur Gennadio  
quoque fuisse posteriorem. Cum ex hac autem interpretatione Thomas Aquinas in Aurea  
Catena locumulta ἀναφέζει referat in versus Matthæi, posteriores verbi 13. capituli 16. perspi-  
ciuum est Thoma vetustiorem eam esse, talemque ejus ætate fuisse, qualis hodie circumfer-  
tur. Thoma itaque antiquior est, Gennadio recentior. Propius vero ad Gennadii ætatem  
accedere non levibus indiciis deprehendimus. Tomo 17. in Matth. pag. 470. hæc habet  
Origenes: ἵνα τοι εἰναι ὁ αὐτοκτόνος ταῦτα κατὰ τοὺς ἱεροτόπους, & τὸν ὑπερστατὸν ἡρώ-  
νον. Veritatem interpres: *Quales sunt Haretici, qui confundunt Patrem & Filium substantiam,*  
*unum dicentes esse Patrem & Filium. οἵτε αὐτοὶ reddit substantiam, quod magnam Scriptoris*  
*antiquitatem sapit; hac enim notioνει αὐτοὶ αὐτοὶ antiqui fere Patres usurpant.* Hilarius in  
libro de Synodis contra Arianos tres agnoscit substantias in Trinitate, hoc est, ὑπερστατόν, ιδε-  
τόν, πρόσωπα, substantiam ab essentia distinguis. Priscus quoque Novi Testamenti Inter-  
pres locum hunc Ebr. 1. 3. ὁ, ὁ ἀπόριμα πολλόν, κατέχειν ἢ ὑπερστατόν, reddit; &  
figura substantiae ejus: nec id mutavit Hieronymus, quamvis ὑπερστατόν, illi Personam videatur  
significare. Nihil tamen hic affirmo; scio enim à Patribus multis substantiam ipsam, seu  
naturam & essentiam Patris hic intelligi. Ad hanc Vetus ille Interpres Tract. 8. insignem  
locum profert ex Evangelio secundum Ebræos. Atqui id de suo addidit; quippe quod in  
exemplaribus Græcis nusquam appareat. Ac proinde temporum illorum, quibus hoc su-  
pererat Evangelium, æqualis fuit.*

pererat Evangelium, aequaliter. Profecto Interpretis hujus etatem investiganti alicui verisimile forsitan fiet Cassiodori temporibus vixille, ipsumque adeo esse Epiphanium Scholasticum Cassiodori familiarem & necessarium. Supra memoratae notæ videntur convenire, aliaeque præterea. Græcæ lingua parum consultus fuit Epiphanius, oratio barbara, dissipata, & inulta. Summa Veteris illius Interpretis barbaries, vix mediocris idiomati Græci peritia, plane nulla in evolventis obscurioribus sententiis perspicacitas; cuius sibi conscius difficillima quæque quasi consulto prætermisit. Certe tam abnormi licentia interpretationem hanc administravit, ut mirabile sit; totas paginas detraxit, totas addidit, nec uspiam exemplar affectatus est. Verum Historiam Tripartitam ab hoc Epiphanio scriptam si quis accurate cum vetusta illa Origeniani in Matthæum Commentarii interpretatione confixerit, summam stili dilectantiam, atque hanc multo illa inquinatiorem, & innumeris vocabulorum portentis deformiorem offendit. Aequalis Epiphani fuit Bellator quidam Cassiodori itidem familiaris, cuius rogatu multas Græcorum scriptiones, nonnullas etiam Origenis Latino sermone redidit. Hunc si quis Commentariorum in Matthæum interpretationem adscriptam velit, non valde repugnabo. Nec multum adverfatur conjectura nostræ Cassiodori de hac interpretatione silentium, qui alias plerasque Epiphanii & Bellatoris in libro de institutione divinarum Scripturarum recentiuit: nam post editum hunc à Cassiodoro libellum lucubrati ea potuit.

De septem Origenis in Matthaeum Homiliis quae habentur inter eas, quas in diversis vulgo appellant, quoniam incerti sunt Auctořis, seu loco disputabimur.

XIII. Homiliae Origenis in Evangelium Lucæ triginta novem Latina editione continet

A tur. Interpretē sese professus est Hieronymus in Prologo ipsis prætexto, & in libro de scriptor. Eccles. cap. 146. Erasmus in Epistola ad Franciscum Cigalimum scripsérat has alterius cuiusdam esse videri, quam Origenis, sed in Cenfura ad libros Origenis mutavit sententiam, & verum Auctorem agnovit. Nihilominus ita dixerit: *In Catalogo tamen ita facit hujus operis mentionem (Hieronymus) ut magis videatur ex Didymo verisse. Quam enim Origenis mentionem reliqua sit, post hunc in modum loquitur: De Spiritu Sancto Didymi, quem in Latinum transtuli, librum unum, in Lucam Homilia triginta novem, in Psalmos a decimo usque ad decimum sextum tractata septem, capitulo monachi vitam, &c. Quibus ex verbis nihil aliud intelligi potest, quam aut esse Hieronymi hoc opus, aut ab eo versum ex Didymo. Hoc utrum casu an studio factum sit, nescio.* At obfervat̄ Erasmus pari argumēto Homiliarum duarum in Cantico auctorem revocari posse in dubium, cum in eodem Catalogi capite h̄c habeat Hieronymus: *De tribus questionibus Legis Veteris, Homilia in Cantico Caſitorum duas, adversus Helvidium.* Nempe Auctoris nomen adscribere neglexit, quem aliunde satis notum esse sciebat. Addit Erasmus: *Dein quin in ceteris nihil habeatur erroris, hic multa sunt vel suspecta vel damnata.* Itane vero? nihil ne in libris *Æt. apgr. 29.* in Commentariis in Matthæum, in reliquis operibus habetur erroris? Mirare Lector effrenum Erasmi in Veterum expensis scriptis, & projectam temeritatem, Modestior Merlinus, errores his Homiliis ab Origenianominis amulis aspergos asseverans: quanquam & id valde incertum. Pauculas quasdam particulas ex Origene in Lucam exhibet Julius Cæsar Bulegerus Part. 2. Diatrib. 3, p. 158. & 222. adversus Catabonum, ex Catenis fortasse aliquibus d' promeas.

C XIV. Edibus & triginta Commentariorum in Iohannem Tomis, novem omnino superflūt; primus, secundus, sextus, decimus, decimus tertius, decimus nonus, vigesimus, vigesimus octavus, & trigesimus secundus. In Bibliothecæ Regiæ Codice hi Tomi suis notati numeris reperiuntur. Eos s̄cūlū complectitur Tomos præter decimum, & vigesimum octavum memoratus liber in Bibliothecæ Bavariæ Catalogo. At Codex Bibliothecæ Venetæ sancti Marci, licet Regii confimilis sit, nec plura habeat, à callido tamen librario in Tomo triginta duos distributus fuit, h̄c arte lacunas & hiatus celare, & apud incātūs dissimilare, & pro integro venditare volentes. Eo fit, ut eundem hunc esse putem, quis fuit Diegi Hurtadi, quicque simili dolo disslectus fuisse memoratur. Hanc Tomorum partitio- nem, quam securus est Ferrarius, falsam esse arguant fragmenta, quæ è quarto Tomo pro- feruntur in quarto Philocalia capite, & in quinto repertiorū Tomo Ferrarianæ Interpretationis. Similiter è sexto Tomo particulam recitat Basilius libr. de Spiritu sancto, c. 29. Extat illa in sexto Tomo Codicis Regiæ, in octavo vero Ferrarianæ interpretationis. Codicūm porro omnium ea s̄t similitudine inter se & congruentia, ut ex uno exemplari descri- posse esse omnes pro certo habeam. Præter superiora exigua è Tomo secundo in Iohannem particulam promit Pamphilus in Apologetico, secundam criminationem confutans. Capite quarto Philocalia fragmenta adducuntur è quarto Tomo; item capite sequenti alia fragmenta è Præfatione quinti Tomi in idem Evangelium; cuius Præfationis aliam quoque portionem in caput 25. libri sexti Historia Eusebii inferit. Ex Origene in Iohannis caput sextum laciniis quædam exiles profert Bulegerus in Disputationibus contra Catabonum Part. 2. Diatrib. 3. pag. 251. quas cum Codices manu scripti Commentario- rum in id Evangelium non exhibant, ex Catenis prodūsse veri absit, ille non est. Denique inter Homilias in diverso duæ habentur in Iohannem, quæ cum certum auctorem non ha- bant, paulo post suo loco veniabuntur.

E Unicum superest in Apostolorum Acta fragmentum Origenis, è quarta detraetum Ho- milia, quod capiti Philocalia septimo Basilius & Gregorius Theologus insulserunt. In Ca- catalogo librorum Illustrissimi Principis Domini Jacobi Marmoretz, quem inter Antiqui- tes Constantinopolitanas Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ inservit Antonius Verde- rius, commemoratur Origenis Explicatio in Acta Apostolorum, & in Epistolas Pauli, de quib- bus nunc suo ordine agendum est.

F XV. Rufinus Heraclii impulsu viginti Tomos Commentariorum Origenis in Episto- lam ad Romanos Latinæ lingue donando suscepit: sed qua fide? sua nempe, hoc est, pe- sima: nam totum opus jam interpolatum, & aliquot voluminibus decurtatum ad medium fere partem s̄cē contraxisse profitetur in Præfatione ad Heraclium. Injuriam Origeni illa- tam facilius deprehendes, si fragmenta quædam lucubrationis hujus inserta Philocalia cum Rufiniana conversione configas. Aversus hanc audaciam merito Erasmus exca- descit, & falso affidat Hieronymo operis hujus interpretationem Rufino restituit. Cur Hieronymo tributa sit, Rufini astu & vafritie factum puto, qui ad declinandam facti invi- diam (male quippe audiebat Origenis nomen) & in Hieronymum, à quo s̄cē Origenismi causa exigitatus fuerat, refundendam, nomen suum non apposuit, modestia factum simu- lans, quod malis artibus actum erat: *Verum ego, inquit, qui plus conscientia mea quam nomini defero,*

## ORIGENIANORUM

254

defero, etiam si addere aliqua videor, & explorare que de sunt, aut breviare quo longa sunt, surari tamen A  
titulum ejus, qui fund amentum operis jecit, & conseruandi adiustii materiam pr abuit, rectum non pu-  
to. Sit sane in arbitrio legentis cum opus probaverit, operis meritum cui velit adscribere. Deinde in  
Peroratione verba haec dolose adjecit: Ajunt enim mihi: In his que scribis, quoniam plurimam  
eis tui operis habentur, dat titulum nominis tui, & scribe: Hieronymus, verbi gratia, in Epistolam ad  
Romanos, Explanacionum libri. Hinc delusi bardi homines Hieronymi nomine librum præ-  
scripserunt. At vel ex eo stoliditas eorum arguitur. Nam si Interpres fuisse Hieronymus,  
cur voces illas, verbi gratia, addidisset, quæ declarant fictitium esse & ascitum id nomen,  
non legitimum? Subiungit paulo post conversum fuisse Clementis libros; quod à Rufino  
factum esse constat, non ab Hieronymo; tum ait: Satisfaciam sane in eo amicos meos; dabo it-  
ulo nomen meum, auctoris nihilominus vocabulo permanente: nam Hieronymi ne putetur, Clemens B  
scribatur: Hieronymu nempe, cuius nomen ascriptum supra fuxit. Eadem verutia usum  
esse non semel Rufinum jam supra notavimus. In Prologo Homiliarum in Iosue senten-  
tias Hieronymi & stylum referre conatus est. In Praefatione ad libros ~~ad apicem~~ nomen su-  
um celavit. Ira occultando Origenismo, & traducendo Hieronymo fucum vulgo facie-  
bat. Minime itaque assentior Erasmo, mangoni hujus librarios insimulanti, & ad mentes  
alliciendo prætextum ab iis Hieronymi nomen censenti. Præter contractam illam & trun-  
catam Rufini Interpretationem habemus Tomi primi portionem in Apologia Pamphilii;  
longe verò ampliorem capite Philocaliæ 24. Aliud quoq; è Tomo nono fragmentum nobis  
offerit caput ejusdem Philocaliæ nonum. Exiguum denique particulam ex eodem Operc  
subministrat alio Apologiæ loco Pamphilus. Tomum vero, unde translata est, non notavit. C  
Atque hæc cum legitimum horum Commentariorum Actorem Adamantium esse clarissi-  
me demonstrant, non dubitavit tamen novitius quidam scriptor Heterodoxus hoc cipso in  
suppositiorum Origenis scriptorum seriem conjicere, à Gulielmo Perkinso delulsi, qui  
eos male quidem à Rufino conversos scripti, quod verisimum est; Origeni vero falso esse  
tributos neutiquam cogitavit.

Brevem libri tertii in Epistolam ad Colossenses laciniam, & alias libri in Epistolam ad  
Titum nonnullas Apologeticæ suo Pamphilus insulst. Hieronymus in Epistolam ad Mie-  
rium & Alexandrum fragmentum afferit è tertio volumine *interpretationis* Origenis in primam  
ad Thessalonicenses. Ex Homiliis in Epistolam ad Ebraeos paucula quædam descriptit  
Eusebius libr. 6. Histor. cap. 25. Indidem nonnulla afferit Pamphilus diversis Apologeticis  
sui locis.

Multa præterea è variis Origenis lucubrationibus fragmenta Catenæ subministrant; sed  
neque locos unde illa petita sunt, indicant; nec certa est Catenarum fides, ut monuimus  
alibi. Quapropter fragmentorum quæ ex iis profecta sunt, nullam hic habendam rationem  
duximus. Ex iis autem excerptæ sunt multæ Origenis in varios Scripturæ libros *interpretationes*,  
quæ in Vaticanae Bibliothecæ Catalogis commemorantur.

## SECTIO QUARTA.

### DE ORIGENIS TETRAPLIS, HEXAPLIS, ET OCTAPLIS.

I. Proponitur Epiphanius sententia de Origeni Tetraplisi, Hexaplisi, & Octaplisi. II.  
Affertur propositus duarum Ebraicarum columnarum in Hexaplisi, & Octaplisi situ. III.  
Quæritur, quare in Tetraplisi, Hexaplisi, & Octaplisi Theodotionem Symmachus  
præcesserit. IV. Investigatur mens Eusebii de Tetraplisi, Hexaplisi, & Octaplisi. V.  
Unum & idem opus fuerunt Hexapla, & Octapla. VI. Ex superioribus recentiorum  
multorum errores arguuntur. VII. Editionem Interpretum Septuaginta, quæ in Hexa-  
plisi habebatur, asteriscis, obelis, lemmiscis, & hypolemmiscis Origenes distinxit. Ei preterea F  
quæ erat in Tetraplisi Scholia adjecit. VIII. Editionem & Hexaplisi intextam emenda-  
runt Eusebius, Pamphilus, primi seorsum vulgaverunt. Inde triplex illo tempore  
editio τῶν, Origeniana, Eusebiana, & τῶν. IX. Eadem circiter tempestate <sup>νεον</sup>  
resarcit Lucianus, resarcit & Hesychius. Hinc quintuplex τῶν editio. X. Suas quoq;  
editiones asteriscis, & obelis discriminarunt Lucianus, & Hesychius; ut & suam  
τῶν interpretationem Hieronymus. Inquinatae sunt & vitiatae hodierna omnes τῶν  
editiones.

Agæ.

- A 1. **A**gamis jam de *Tetraplis*, *Hexaplis*, & *Oēaplis*, *Origenianorum operum* omnium nobilissimis & laudatissimis: quorum rationem cum accuratissime Epiphanius tradiderit in libro de ponderibus & mensuris, hujus præcipue vestigia persequi decet. Collegerat jamante *Athamanicus* Interpretationes Scripturæ à Senioribus Septuaginta, *Aquila*, *Theodotion*, & *Symmacho* elucubratus. Quintam præterea & Sextam Editionem commodum nactus est, quas in angulis quibusdam occultas investigasse ipsum & in lucem edidisse scribit *Eusebius*. *Athanasius* vero in *Synopsi* docet imperante *Caracalla*, in dolis *Hierichunte* repertam fuisse Quintam à *Studio* quodam ex iis qui erant *Hierosolymæ*; Sextam vero sub *Alexandro Mamme* & *Nicopoli* ad *Aictum* à quodam *Origenis* discipulo. Idem proponendum habet Epiphanius in libro de ponder. & mens. cap. 18. additio priorum è tenebris fuisse erat in septimo *Caracallæ* anno. Fallitur *Cedrenus*, qui utramque *Hierichunte* inventam fuisse narrat.

Ex iis lex Interpretationibus, & Ebraico exemplari, Tetrapla sua, Hexapla, & Octapla  
Origenes concinnavit. Ac Tetrapla quidem, quæ Hexaplis tamen tempore posteriora  
fuerunt, quatuor constabant Editionibus per columnas dispositis, prima Aquilæ, secunda  
Symmachi, tertia Septuaginta Senum, & postrema demum Theodotionis. Interpretatio-  
nem & tertio loco poluit, ut ad eam, quam omnium existimat efficiatissimam, reli-  
quæ facilius exigi & examinari possent. Hexaplis hæc ipsæ interpretationes quatuor, codem  
ordine collocata, cum Ebraico exemplari, Ebraicis descripto literis, & eodem Græcis cha-  
racteribus exarato continebantur. Prior occurrebat columna Ebraica Ebraice depicta;  
at quæ contextum Ebraicum Græcis exaratum literis exhibebat, interpretationi Aquilæ  
proxime conjungebatur. Subjuncta autem post sex illas columnas Hierichuntina Editio-  
ne, quam Quintam appellavit Origenes, & numeri quinariae nota, insignivit; & post Hieri-  
chuntinam Nicopolitana, quam vocavit Sextam, & ἵποκριτα' notavit, Octapla existebant.  
Hac fere Epiphanius loco laudato; quæ ut clariora sint, primam Genesios vocem, prout in  
Tetraplis, Hexaplis, & Octaplis disposita fuit, depingemus.

## DIAGRAMMA

## D TETRAPLORUM, HEXAPLORUM, ET OCTAPLORUM.

II. Hæc habet, inquam, Epiphanius in libro de ponder. & mens. cap. 19. præterquam quod spectat ad columnarum Ebraicarum situm: nam ex aliis quibusdam Epiphiani locis existimare possit aliquis contextum Ebraicum Græcis notatum characteribus priore loco fuisse. Huiusmodi est ex Hæc. 64. cap. 3. οὗτον τὸ πρῶτον ὅπερ ἐπιμελῶς ἴστοριαν εἰπειν γέγονεν ἐρμηνειῶν, αὐτὸς, συμμάχος, τῷ τοῦ Ἑλλονικοῦ διώ, καὶ Σεροτινοῦ, πέμποντες τε καὶ ἔκτη εἰσόεσσι, μεταστέλλετον εἰκάσιαν ἐλέγοντας ἐβραῖον, καὶ ἀυτὸν ὅμη τὸν τοιούτον εἰς τοῦτον τὸν περιπέτερον καὶ τὸν καρδιῶν τοῦ σύνθετον ἐβραῖον μηδ τὸ λέξι, ἐλληνικὸν δὲ ( sic enim lego, non ἀλλικον ) τὸ καρπαθιανόν εἶταν πολὺν πεπονικόν εἰσεσθιεν. Vnde primum studuit in unum

ORIGENIAN ORGANUM  
conjugere sex interpretationes Aquile, Symmachis, Septuaginta duorum, & Theodotionis; Quintam A etiam & Sextam editionem; cum adjectione vocum singularium Ebraicarum propriis elementis de- scriptarum: ex altera autem parte opposita, utens altera columna depingendo contextum, Ebraicum quidem dictione, Gracum vero literis, alium iursum contextum lucubravit: Hæc ita exponi pos- sent: medium locum tenuisse sex interpretationes Græcas inter Ebraicæ Ebraice scripta, quæ ad unam sita erant partem; & Ebraicæ Græce exarata, quæ ad aliam partem erat collo- cata. Sed hanc expositionem respununt verba Epiphanius ejusdem, quæ mox afferemus è li- bro de ponder. cap. 19, ubi Ebraicum utrumque contextum priore loco notatum fuisse agno- scit. Videtur itaque id sibi potius voluisse Epiphanius, ad unam Ebraicæ columnam Ebraicis elementis exaratae partem notatas fuisse Græcas sex interpretationes; ad alteram vero Græ- ce scriptum contextum Ebraicum. Hoc idem significare dicas ista è libro de Ponder. cap. 7. B Tæc γένεται επιλεγόντες τὴν ἑβραιοῦ γραφὴν ἑβραιοῖς σοιχεῖσι καὶ ἔμμαυτον ἀντίστοιχον εἰσιν μηδ επιτελεῖσθαι τὸν ἑβραιοῦ γραμματὸν, ἑβραιοῖς δὲ λέξεων, &c. Sex enim interpreta- tiones, & Ebraicam Scripturam Ebraicis elementis ac verbis cum in una columna conjunxit, aliam columnam oppositam, literis quidem Græcis, vocibus autem Ebraicis descriptam addebet. Quod si sex interpretationes, & Ebraicum exemplar Ebraice scriptum simul conjinxerat; in ex- tima profecto columna contextum Ebraicum charactere Græco exaratum sequitur fuisse adtextum. Sed præfixa sine dubio fuisse Ebraica Ebraice depicta, tum subnexa eadem Græ- ce exarata, & subjectas deinde sex Interpretationes ex iis manifeste concluditur quæ legun- tur apud Hieronymum in Epist. ad Tit. 3. 9. *Vnde & nobis cura fuit omnes Veteris legis libros, quos vir doctus Adamantius in Hexapla (ita lego, non exempla, ut vulgo) digesserat, de Cesariensi Bibliotheca de scriptis ex ipsis authenticis emendare, in quibus & ipsa Hebreæ a propria sunt characte- ribus verba descripta, & Græcis literis tramite expressa vicino: Aquila etiam, & Symmachus, LXX. quoq., & Theodotio fuisse ordinem tenent.* Columnas omnes propositus sui ordine recensuit. Apertus etiam Rufinus libr. 6. Eusebianæ histos. cap. 13. *Famosissimos illos Codices primus compositus Origenes in quibus per singulas columnulas è regione separatum opus Interpretis uniuersi- jugis, de scriptis, ita ut primo omnium ipsa Hebreæ verba Hebraicis literis poneret; secundo in loco per ordinem Græcis literis è regione Hebreæ verba describeret; tertium Aquila Editionem adunge- ret; quartum Symmachis; quintam Septuaginta Interpretum, quæ nostra est; sextam Theodotionis collocaret, & propter eum quodam compositionem exemplaria ipsa nominavit εξαπλα.* Ex his etiam liquet præfixos Græcis editionibus fuisse Ebraicos contextus, non subnexos; nec præfixum alterum, alterum subnexum, ut indicare videntur illa Epiphanius voces: εἰς τὸ Κέντρον δὲ ἀντίκυπον. D Liquerat quoque ex his ejusdem è libr. de ponder. cap. 19. *τινὲς τούτους, εἰς τὸν τετράτον τὰς ελ- ληνικὰς ἀντίστοιχον, ταῦτα δέ τοι επιτελεῖσθαι κερδίσας, μηδ ταῦτα τὴν τοῦ ἑβραϊκοῦ τελετάπιον, &c. Nonnulli igitur, ut dixi, hos libros legentes & reperientes Ebraicas duas editiones priore loco sitas, post eas vero illam Aquile collocatam, &c.* Ne quis vero vocem εἰσιτε, pro eo usurpatam puer, quod nos paginam appellamus; nam εἰσιτε columnam quoque significat, adeo ut plures columnas una pagina contineret. Porro ordinem istum quem statuimus, luculenter addituit verutissimus Codex Barberinus duodecim Propheterum, quia id Oœa 11. 1. breve Hexa- plorum specimen ad oram attextum habet, & in sextum Tomum Polyglottorum Biblio- rum suo loco retulit Waltonus. Desiderantur quidem Ebraicæ Ebraice scripta; priore vero loco sita sunt Ebraica Græcis elementis concepta; proxime subest his Aquila; huic Symma- chus; quem excipiunt LXX. ultimam columnam sibi vindicat Theodotion.

III. Disputatione dignum est, ecquid in Interpretationum dispositione Theodotioni antiquiori Symmachum recentiorem Origenes anteposuerit. Facile hunc nodum solvere se posse putasset Epiphanius, qui Theodotione vetustiorem fuisse Symmachum opinatus est libr. de ponder. cap. 16. 17. Itaque collocatus fuisse tres illos respondisset, iuxta ordinem sua aratis. Ego vero a recepta opinione discedere non possum, quia priorem atque ponit Theodotionem quam Symmachum: nam quid opponi potest his Hieronymi Praefat, in Evangel. *Non quero quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter novos & veteres media incedat:* quibus non temperatum duntaxat interpretandi genus, quod tenuit Theodotion, sed media etiam ejus *etas* Aquilam inter & Symmachum significati videtur. F Origeni ergo aliud fuisse causâ puto, cur ita interpretationes illas digeretur. Ad Ebraicam maxime accedebat Aquila, hunc illis ideo proxime adjunxit. Ab iisdem plus reliquias receperat Symmachus, quippe qui sententiarum fuisset, quam verborum retinenter. Ut ex confictu Aquila & Symmachus, qui abierant in diversa, & extrema fuerant persecuti, veritas elicetur, optima ratione uterque simul conjunctus est. Subnixi sunt illis deinde Interpretes LXX. & Theodotion, qui medium viam tenuerant. *Quasi non, inquit Hieronymus Praefat in Job, apud Gracos Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum è verbis, vel sensu è sensu, vel ex utroque commixtum, & media temperatum genus translationis expreſſerint.* Ordo autem studiorum postulat, ut intricatam quæſionem, & incertam disceptaturi, extremas primum

LIBER TERTIUS.

253

A primum & oppositas explorentias lalentias, inde ad temperatas & medias progrediamur. Atque hunc modum servavit Origenes in locandis interpretationibus.

IV. Nunc ea quam dedimus Tetraplorum, Hexaplorum, & Octaplorum descriptio an  
Eusebii rationibus consentiat, anquiramus. Scribit ille Origenem τὰς ἑπτὰς τοῦ iudiciorum ἐργα-  
πούινας παρατίθεται: αὐτοῖς ἐβραϊον συγγραφάς, κατόπιν ἴδιων πανομονάδων. Ηγγαραὶ apud Indiāns Scriptu-  
ras primitigenias, ipsis Ebraeorum literis descriptas, comparasse. Hac aliter intellexit vir do-  
ctor, ut reddidit: comparasse cum suis libris Scripturas, αναγνωρισας protatōis οὐδὲν τι  
Euseb. libr. 6 His cap. 16.

Hieronymus initio Epistolæ ad Suniam & Fretellam. Septimam vero Editionem, quæ Hexaplis intexta est, Hierichunte inventam esse imperante Caracalla Eusebius aste-  
rat: quod de <sup>2017</sup> certe dictione non potest. Hexapla igitur illa Origenis, sive Octapla, quæ in aliis Scripturæ libris sex Græcis constabant editionibus, septem in libro Psalmorum continebant. Ira postmodum scribit Eusebius: ταῦτα δὲ ἀπόστολος ἐπὶ ταυτὸν συμβάλλω, θε-  
λὼν τε τοὺς καλοὺς, καὶ αὐτοῖς οὐδὲν ἀδόκιμον. Μὲν καὶ αὐτὸς ἡ Ἱεράπολις συμβαίνει, τὰ τοῦ λαρυγκοῦ ἐξα-  
πλῶν ἡμῖν αὐτοῖς φανερότερον. Sensus est: *Has omnes cum in unum conjunxit, & per*  
kk

## ORIGENIANORUM

258  
cola distinxisset, & invicem opposuisset, unum Ebraici contextus adjectio, Hexaplorum nobis A exemplaria reliquit. Diximus & id esse, Scriptum aliquod ad alind adicere; inde & quatuor, scripti alicuius ad alind adjectio. Itaque & patitur & posse, est Ebraici exemplaris ad reliquias interpretationes appositio. Hæc præter legitimam sententiam à nonnullis alio detorta sunt.

Post Hexapla, ex quatuor Editionibus, Aquila, Symmachus, Septuaginta Interpretum, & Theodotionis simul conjunctis & oppositis, Tetrapla conflavit Adamantius, ut tradit Eusebius, & post illum Zonaras. Nec enim aliud sonant hæc Eusebii verba: *ιδοις τὸν διάλυν, καὶ συντάχει, καὶ θεοδοτίων ἔνδον ἀμαρτία τὸν τοῦ ιεροῦ τετραπλοῦς ἐπικαταστατάντα, quam eum post Hexapla, ex his quatuor Editionibus Tetrapla seorsum compiegisse; non vero in Tetraplis seorsum digestas, & separatis discretas fuisse singulas interpretationes, ita ut suas singulæ paginas occuparent; in iisdem enim fuerunt paginis descriptæ omnes ac invicem oppositæ, sive, ut ait Epiphanius, *ευρισκόμενα*, qui & addit, si Tetraplis Græcis Dipla & bræa fuisser ad juncta prodidit Hexapla; quod fieri certe non potuisset, nisi è regione invicem oppositæ essent in iisdem paginis Tetraplorum Græcanicæ editiones, quemadmodum & in Hexaplis.*

V. Animadversionem nostram requirit, quod idem ait Eusebius, collectis in unum sex Editionibus Græcis, & adjecto Ebraico contextu Hexapla nobis Origenem reliquisse; Psalmorum vero Hexapla Græcis editionibus septem constitisse. Eusebio contentiunt Scholia Romana in Editionem τὸν διάλυν, in quibus nonnunquam super Psalmos Hexapla citantur. Contentit & Epiphanius Hæc. 64. cap. 3. & post illum Zonaras, qui diserte pronuntiant Hexapla sex Editiones Græcas, cum gemina Ebraici textus descriptione fuisse complexa. Quærigitur potest, cur Hexapla dicta sint, quæ octo columnas habuere. Nec

*Erasm. de*  
*doctr. &*  
*libr. Orig.*  
*Magdeb.*  
*Cent. 3.*  
*cap. 20.*

appellationem esse fortita, sed à verbis ιεροῦ διάλυν, quod est, *explano*: nam unde factæ dicerentur voces, τετραπλα, & διπλα; Respondent nonnulli Hexapla dicta, non à numero columnarum, sed à numero Interpretationum sex; nulla habita contextus Ebraicæ oratione, qui inter Interpretationes numerari non debuit. Huic opinioni favere videtur Epiphanius loco mox allato, cum ait: *ωστε τὸν πάσαν παλαιὸν διαδίλλον διεγενθεῖν κατεμένων, καὶ δια τὸν διεγενθεῖν προτερον*. Ad eum Vetus omne Testamentum iis Hexaplis, & gemino Ebraico contextu fuerit comprehensum: ubi aperte Hexapla Græca à Diplis Ebraicis distinguit. Hexapla ergo, inquit, à sex Interpretationibus fuerunt denominata, quemadmodum Tetrapla à quatuor, ac ideo falli qui Hexaplis vulgatas quartuor editiones Græcas, & exemplaria duo Ebraica assigant. Id si sit, palam sibi repugnaverit Epiphanius libro de ponderi, & mensur. cap. 19. qui ita differit: *Τετραπλα γέρειται τοῦ Διατίκα, ὅπας αἱ τε τετραπλα, καὶ συντάχει, καὶ τὸν ιεροῦ διάλυν, καὶ θεοδοτίων ἔργων ευρεταίσιαν ἔστι. τὸν τετράρχον ἡ τετραπλα σείδειται τοῖς τετραπλοῖς συναφθεῖσῶν, ιεροῦ διάλυν καὶ τοῦ ιεροῦ τετραπλοῦ τοῖς τετραπλοῖς συναφθεῖσῶν, τοῦ διπλοῦ τετραπλοῦ τοῖς τετραπλοῖς συναφθεῖσῶν*. Tetraptera enim Græca constant, cum Aquila, & Symmachus, & Septuaginta a Seneus, & Theodotionis interpretationes simul conjuncta sunt: quæ columnæ quartuor si Ebraicæ dubias adiiciantur, Hexapla dicuntur: quod si Quinta & Sexta interpretatione accesserint, sequitur ut Octapla nominentur. Quibus adiōnat Rufinus in interpretatione decimi sexti capituli libri sexti Historia Eusebii. Aliò vero abit Nicetas, & Dipla Ebraica, quoniam idem omnino continebant, pro una, eaque bipartita columna habita fuisse vult, atque illa cum τετραπλα, Aquila, Symmachus, Theodotione, ac Quinta editione sex columnas constituisse, ac Hexapla inde fuisse appellata.

Nicet.  
Tetrapl. orth.  
f. 1. lib. 4.  
Hæc. 31.

Has inter oppositas & repugnantes sententias, novam, & nisi me animus fallit, verissimam tueor, Falsum est, quod vulgo creditur Quintam, & Sextam Editionem universos Scriptura libros fuisse complexas. Aliquot duntaxat continebant ex illis, eosque potissimum qui versibus constant apud Ebraeos. En tibi testem Hieronymum in Epistola ad Tit. 3, 9. *Vnde & nobis cur & fuit omnes Veteris Legis libros, quos vir doctus Adamantius in Hexapla digressat, de Casariensi Bibliotheca descriptos, ex ipsis authenticis emendare; in quibus & ipsa Hebraea propriis sunt characteribus verba descripta, & Græci literis tramite expressa vicino. Aquila etiam, & Symmachus, LXX, quoque, & Theodotion fūnum ordinem tenent. Nonnulli vero libri, & maxime hi qui apud Hebraeos verbu compoſiti sunt, tres alias Editiones additas habent, quam Quintam, & Sextam, & Septimam translationem vocant, auctoritatem sine nominibus Interpretum consentit. Itaque in illa variarum Editionum coagmentatione, aliqui libri quartuor duntaxat confabant editionibus, cum Diplis Ebraicis; atque hi libri erant vere ιεροῦ. Sex vero habebant editiones Græcas, cum Diplis Ebraicis, aliilibri per versus compoſiti, excepto P̄alterio, nempe Proverbia, Ecclesiastis, & Canticum: ac proinde erant διπλα. At liber Psalmorum præter geminas Ebraicæ contextus columnas septem editiones continebat, meritoque librum hunc εντελεῖν fuisse diceres. Igitur Opus istud Origenis partim erat Hexapla, partim Octapla, partim Enneapla: sed Septimæ Editionis, quæ ad unum pertinebat Psal-*

- A Psalterium, in tota Bibliorum denominanda mole ratio habita non est, ideoque à nemine Enneapla dicta sunt. Afferit etiam Origenes ab interpretationibus Aquilæ & Theodotio-  
nis abfuſſe Threnos Jeremiæ. Itaque Liber ille fuerit *τετραπλός*, sed totum corpus Bibliorum propter libri exiguitatem Tetraplum dici non debuit. Quidam Hexapla ista volumina ap-  
pellarunt, forte etiam Hexapla ab Origene inscripta sunt, quod magna illorum pars qua-  
tuor editionibus, Aquilæ, Symmachus, & Theodotonis, ac Diplis præterea Ebraicis  
est̄ confata: alivero cum his voluminibus sex editiones Græcas præter Ebraica exem-  
plaria inesse intelligenter, Octapla vocanda censuerunt. Quapropter nemo mirati debet,  
eū Hexaplis sex editiones Græcas, & duos contextus Ebraicos fuſſe intextos dixerint Eu-  
sebius, Epiphanius, & Zonaras: intextæ quippe erant editiones illæ sex in aliquibus dum-  
taxat libris, non in universis; nam quamvis intexta itidem essent in Psalmis editiones se-  
p̄tem, Hexapla tamen Psalmorū idem dixit Eusebius. Manifestum ergo est unum idemq; opus  
fuſſe Hexapla & Octapla; sed à diversis quibus constabat partibus diversas appellationes  
habuſſe. Tetrapla autem privatum fuit ac separatum opus ab Origene post Hexapla  
accuratum, in Studiosorum gratiam, quibus tantum abs re sua vel otii vel facultatis non erat,  
Hexapla comparare possent. Nec quemquam moveat quod scribit Hieronymus,  
Exceptis Septuaginta Interpretibus, alias quoque editiones in unum congregasse volumen, quod & *Hieron. de-  
script. Ec-  
cles. in O-  
rig. Fre-  
culph.  
Chron.  
Tom. 2. l. 3  
c. 2. Hon.  
Aug. de  
script. Ec-  
cles.*  
id enim libri volunt, præter LXX, Interpretes, reliquos etiam Originem in unum volumen  
congregasse.
- C VI. Ex his facile intelligitur, quantum ratio Scaligeru.n fugerit, qui in delineatione  
Hexaplorum seu Octaplorum, quam in sacras suas Exercitationes retulit Heinsius, utrum  
que Ebraicum contextum post interpretationes Græcas sex in finem conjectit. Si modo re-  
vera Scaligeri fuit hac delineatio, quod dubium mihi faciunt Scaligeriana nuper edita, in  
quibus Octaplorum columnas enumerans, prioribus locis Ebraicas duas recenset. Nec fe-  
licior Heinsius, cum columnas ibidem Hexaplorum describens, tertiam attribuit Septua-  
ginta Interpretibus, quartam Aquilæ, quintam Theodotioni, & sextam Symmacho. Ne-  
que iis excusandis sufficit Niceta Acominati auctoritas, qui in similis verfatus est errore, *Nicet. Theb-  
oris. fid.*  
columnis Ebraicis subjectos fuſſe τοῦ δι, his Aquilam, tum Symmachum, inde Theodotio-  
nem, & Quintam demum interpretationem asseverans. Peccat quoque Baronius aliter in *lb. 4. Har.*  
D Tetraplis dispositis editiones Græcas censens ac in Hexaplis, & priore in illis locum τοῦ δι *Bar. A.*  
affignans, in his tertium. Hos in fraudem videtur illexisse Philoponus, qui in libro *αὐτὸν μο-  
νίαν* loca sacri Contextus ex his quatuor interpretationibus afferens, priore loco τοῦ δι col-  
locat; his subiectit Aquilam, huic Theodotionem, illi Symmachum. Nec enim Tetrapla  
repræsentare Philoponus instituit; sed in interpretationibus disponendis Interpretum  
extremam respexit: cum clarum sit cæteroquin ex Epiphano postremam columnam obti-  
nuisse Theodotionem tam in Tetraplis quam in Hexaplis, secundam Symmachum, atque *Epiph. de-  
pend. c. 19.*  
E nū in unum faciunt composite. Tum addit, si Dipla Ebraica præfigantur, conflari Hexapla.  
Pro Origenianorum Tetraplorum specimine haberet non posse loca illa à Philopono è qua-  
tuor Græcis interpretationibus detracere probari quoque potest ex Philastrio, qui Har,  
137. afferit Aquilæ conversiones in medio librorum nunquam fuſſe positas, sed dextræ,  
laevaque assignari solitas fuſſe. Aquilæ interpretatione in Tetraplis priore loco poneba-  
tur; qui locus diverso respectu vel dexter erat, vel sinistru: legentium respectu sinister  
erat, dexter libri ipsius. Itaque alii dextro loco situm esse, alii sinistro scriperant. Id  
cum legifert Philastrius, existimavit, Aquilam in aliquibus Tetraplorum exemplaribus  
dextrum tenuisse locum, in aliis sinistrum; sed hallucinatus est, nam semper columnæ  
huic deputatus est, quæ ad Lectorum laevam collocata erat. Ut ut est, certe in medio nun-  
quam fuſſe constat: fuſſet autem, si priorem columnam occupassent Septuaginta Inter-  
pretes, Aquila secundam. Refellitur etiam ex supradictis Salmasius, qui hæc scribit in  
Commentario de Hellenistica: *Sed nūquam Hieronymus Quinta & Sexta editionis meminit;*  
& cum Hexapla vocata, intelligit Tetrapla Græcania, cum Dipla Hebraicis, que Hexapla faciebant.  
Et mox allatis quibusdam Hieronymi locis, in quibus Græca solum quatuor Editiones me-  
morantur, subiicit: *Apparet, ex his Origenem quatuor tantum editiones inter se comparasse, & com-  
paruisse in Tetraplis, que cum duobus Hebraicis textibus Hexapla illa Ecclesiis dedicata continebant.*  
Certe in Hieronymi verbis à me lupa allatis ē Commentariis in Epistolam ad Titum,  
mentio fit Quintæ & Sextæ editionis, & særissime in Epistola ad Suniam & Fretellam,  
aliisque locis. Hexapla autem dicta sunt ea, non quæ Tetrapla solum Græcanica, cum Diplis  
Hebraicis, sed quæ Quintam præterea, & Sextam, ac Septimam editionem, non ubique,  
k 2 fed

## ORIGENIANORUM

VII. Aliud præterea diligentia Origenis monumentum Hexapla præferabant. Notaverat ille Senes Septuaginta voces aliquas, quæ in Ebræo haberentur, interpretando neglexisse, nonnullas autem de suo inferuisse, variaque ipsorum circumferri exemplaria inter se diversa, & five ex supinitate librariorum, five ex Criticorum temeritate vitiata: hinc calunia anfantricere Judæos, ejusmodi interpretationem in Christianorum Ecclesiis prælegi solere cauſantes, quæ Ebraicæ veritati in omnibus non consentiret. Consuluntur ipsius Tomus in Matthæum decimus quintus, & Epistola ad Africanum, ubi de Exemplarium corruptione, & Judæorum calumniis differit. His incommodis ut occurret, interpretationem Septuaginta Serum emendavit ex optimorum exemplarium fide, atque ejus præterim quod in Scraepo servabatur, quodque ipsum *τὸν διατετραγραφὸν* fuisse affirmant Veteres nonnulli. Asteriscos præterea, ubi quid deest, cum prætermis vocibus inseruntur;

vocem hujusmodi par unicūm adhibuit. *Qibus lignificatū Origenes, j*  
pretrū exemplaria simul contulisse. Ab Epiphaniō dissentit Andreas Mafius, & paria  
illa Interpretum, velut aniles fabulas respuit, tunc appositus putat lemniscum & hypo-  
lemniscum, cum variis alias lectiones plures paucioresve Codices affererent. Alium  
notarum illarum usum profert Johannes Curterius, nec aliud significare lemniscum putat  
quam verbis consentire Interpretes aliquos, dispare sentiū; hypolemniscum vero, quam  
sentī eos & verbis dissonare. Sed mihi verisimilior videtur Mafii sententia. Afferit enim  
illorum, obclorum, lemniscorum, & hypolemniscorum formas notat Epiphanius, &  
nominum significations; multumque fallitur, cum vocabulum, *λαμπτόν* derivat à  
Graeco *λαμπτεῖν*, nam Syracusiam esse vocem constat. Reliqua fūse persequitur Epiphanius  
in eodem libro: nec docet tamen utrum quā Hexaplis intexta est interpretatio rō  
ejusmodi notis fuerit insignis: sed id perspicuum est ex Romanis Scholios rō in 1. Reg. 14.  
4. μάλλον ταῦτα τοῦ Θεοδοσίου, ὡς ēn Σερόνιος προτετέλει. Imo, hec in Hexaplo afferito  
notata sunt, utpote quā ex Theodotione adēctā sint: & ex ipsis Hieronymi, quā repetit Rufinus  
Invent. 2. Sed & Origenes afferit eos fecit, ex translatione Theodotionis assumens, ut componeret vo-  
lūmina quā appellant Hexapla. Tum subiungit: Quia frequenter, si disputatio accidat, vel im-  
mūrata esse aliquātā, vel deesse, vel abundare in nostris Scripturis mentebātur, voluit Origenes nostris  
obscendere, quāli apud Iudaos Scripturā lectione tenetur, & in propriis paginis vel columellis editio  
nes

A nes eorum singulas quasq; descripti; & ea que apud illos sunt addita vel decerpta, certis quibusque signis additis, ad versiculorum capita designavit; & in alieno, non suo opere suas tantummodo notas fecit; ut sciremus non quid nobis, sed quid Iudeis adversum nos certanibus aut deesse aut abundare videbatur: & iterum ex istis Hieronymi in Praefat. Paralip. ad Chromatium: Et certe Origenes non solum exempla (lege Hexapla) compositi quatuor editionum, è regione singula verba describens, ut unus dissensiones statim ceteris inter se consentientibus arguitur: sed quod majoris auctoritatis est, in Editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quae minus fuerant, & virgulis que ex superfluo videbantur apposita. Sed Origenem ipsum audire operae pretium est: sic ille Tomi. 15. in Matth. p. 381. Nuoi de Διλονέτι πολλά γέγοναν ἐν τῷ ἀντιγράφῳ διαρροῇ, εἴτε διδασθημέτινον γραφάν, εἴτε διδότιλμα τινον μοχθηραν ἀντιράφων τον γραφομένων, εἴτε δι-  
B διπλόν τὸν τὰ ιωτίς διεκάπτοντον περιτιθέντων ἐν αφαιρέσθαι τὸν μέρη ἐν τοῖς αντιράφοις τὸν πα-  
C λαιάν διαθήνειν θαφωταν, οὐδέ διδούσθαι, εὐραῖον ιδεῖσθαι, κριτηρίον ξενάγων τοῖς λοιποῖς ἐνδέσσοις τὸν γραφομένον πέρι τοῖς ιεροτεμνούσια διατίθεσθαι τὸν τον αντιγράφων διεφοίνα την κρίσιν ποιούσιοι ἀπὸ τῶν ποιῶν εἰδέσσοντο τὸ σωτήρος ἐπινόητον ἐργάζεσθαι, καὶ τον μέρη ἀντιστοιχοῦ ἐν τῷ θρανῷ κείμενα, ἐποιηταῖς εὐθε-  
D τοιν θεοῖς. Τινά τοι μηδὲ τροφον προσεπίκασαν, ἵνα δύλον γένηται μη κείμενα πέρι τοις ιεροτεμνούσια ἐν τοῖς λοιποῖς ουμφάνοις τῷ θρανῷ προσεπίκασαν. Ex hoc loco supicari licet, non ex Theodotione so-  
E lum, sed & aliis editionibus nonnulla fuisse inspersa. Quapropter Epiphanius, à quo re-  
rum illarum accurate tradita historia est, desiderari ait à plurimis apud Interpretates Septua-  
ginta quae ex Ebrais referre prætermiserunt ipsi, Aquila vero, & Symmachus, ac reliqui In-  
terpretes representarunt: ex uno autem Theodotione addita esse non apposuit. Emenda-  
tio hæc ἐστι per obelos & asteriscos, cauſa fuit Hieronymo, cur ita Augultinum alloquere-  
tur Epist. 89. cap. 6. Miror, quomodo Septuaginta Interpretum libros legas, non puros, ut ab eis  
editi sunt, sed ab Origene emendatos, sive corruptos per obelos & asteriscos, & Christiani homi-  
niis interpretatiunculam non separari; præferim cum ea quæ addita sunt, ex hominis Iudei at-  
que blasphemii, post passionem Christi, editione transtulserit. Corruptos dicit libros Septua-  
ginta Interpretum, propter additamenta è Theodotione, cum in Isaiae 58. cap. emenda-  
data ac vera appellat Hexaplorum exemplaria, quæ eadem additamenta præfererebant;  
nam neglectis asteriscis qui vel in legendis, vel in describendo negligi poterant, maxima  
existebat Theodotionis cum τοῦ ὁ confusio: at observata asteriscorum distinctione, legi-  
tima τὸν ὁ verba à Theodotione accurate secernebantur. Itaque pro legentis attentione  
D & diligentia corrupta erant, vel emendata. Quocirca in eadem ad Augustinum Epistola ita  
pergit Hieronymus: Vis amator esse verus Septuaginta Interpretum? Non legas ea quæ sub  
asteriscis sunt; amo rade de voluminibus.

Epiph. de  
pond. c. 2.

Editioni τοῦ ὁ, quæ erat in Tetraplis Scholia ad limbum aliqua adjecisse Origenem dis-  
cimus ex memorato Codice Marchali, quem habent Claromontani Patres Societatis Iesu:  
adnotatum enim est a Ezechielem, librum hunc ex Hexaplis defcriptum esse; correctum  
vero ad Tetraplum fidem: postmodum subest: ἀ τινα καὶ τινα (οὐραῖς) χειρὶ διαρθρώσθαι, καὶ  
ἰσχυρότερον ἔτει τὰ χόλια παρέθηκεν πάμφιλος καὶ ιωτίς διαρθρώσθαι. Quæ (Te-  
traplus) iustis (Origenis) manu emendata, & Scholias succincta erant: unde ego Eusebius Scholia  
apposui: Pamphilus & Eusebius emendarunt.

E VIII. Apud multos hanc opinionem percrebuisse video, Origenem quo parabilius es-  
set emendata à se Edito Seniorum Septuaginta, edidisse eam seorsum, & ex ingenti Hexa-  
plorum mole exemplis; adeo ut loquitor illa, alterius quæ habebatur in Hexaplis unde erat  
profecta, germana esset, & omni ex parte similis. Ratio istius opinionis valida nulla affer-  
tur. Probabilior mihi videtur sententia Iohannis Baptista Morini, viri doctissimi, Editio-  
nem illam τοῦ ὁ ex Origenianis Hexaplis descriptam ab Eusebio & Pamphilo, & primum  
F evulgatam arbitrantis; juxta illud Hieronymi in Praefat. ad Paralip. ad Chromatium:  
Alexandria & Aegyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem. Constantinopolis usque An-  
tiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Media inter has provincias Palastinos codices legunt;  
quos ab Origeni elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgaverunt. Nam cum frequenter exscri-  
berentur Hexapla in Ecclesiarium, doctorumque hominum usum, novis indies deforma-  
bantur sordium inquinamentis; cum præsertim asteriscorum & obelorum adnotacionem  
vel insuper haberent librarii, vel non fatis diligenter administrarent: unde ingens incide-  
bat rerum perturbatio, confusis & permisitis cum Septuaginta Sennum interpretatione Theo-  
dotionis additamentis: Misericordia & veritas, inquit Hieronymus in Epistol. ad Sun. &  
Fretell. obviaverunt sibi: & dicitis, quod in Graco sibi, non habeatur: ἐν τῷ ὁ διάθεσιν εὐθύτερον  
idest, Misericordia & veritas concurrebunt; nec in Hebreo habetur, & apud Septuaginta obelo  
prænotatum est: quæ signa dum prescriptorum negligentiam à plerisque quæ superflua relinqua-  
tur, magnus in legendis error obicitur. Loquitur de editione τοῦ ὁ, quæ Hexaplis inerat. De ge-  
nerante ergo magis magisque hac Editione, restituere eam conati sunt Eusebius & Pam-  
philus, ex ipso ἀντοργάφῳ, quod erat in Cæsariensi Bibliotheca; restitutam vero & seorsum  
kk. 3 magna

Ioh. B.  
Morin. in  
Pref. ad  
LXX.

magna diligentia descriptam publicaverunt. Atque ea Editio Palæstina dicta est. *Susanno* A  
ciliicet applausu fuit excepta, & in Hierosolymæ, altisque Orientis Ecclesiis decantari coe-  
pta, & librariorum sæpe eam in publicos usus exscribentium labore diffuminata passim ac  
propagata; cum propter Auctoris famam, & Emendatorum nobilem doctrinam, tum pro-  
pter operis ipsius dignitatem. Hujus editionis & emendationis luculentum extat monu-  
mentum in Codice Renati Marchali, jam sæpe laudato; in quo post Jeremiæ librum adno-  
tatum est, descriptum eum esse ex Origenis Hexaplis, & emendatum ex Tatraplis manu  
ipsius exaratis; idque opera Pamphili & Eusebii.

En tibi jam itaque triplex editio Septuaginta Senum; Origeniana hæc quæ in Hexaplis  
continebatur; altera privatim edita ab Eusebio & Pamphili, quæ prioris mere germana  
erat; tertia vetus illa quæ Origenis emendationem præcessit, & *non* seu vulgata appellata, B  
est, quæque multiplex & diversa fuit, utpote varias passa adulterationes. Non alia autem  
Septuaginta Interpretum editio usurpabatur vulgo ante Origenem, quæ *non* dice-  
batur. Hanc appellationem idcirco consecuta erat, quod nulla per Orientem Scripturæ  
editio frequentiori usus conteretur. Quo factum est, ut editio *non* unam aliquam &  
peculiarem Septuaginta Senum editionem notare deinde coepit, sed ipsam eorundem In-  
terpretum conversionem generali appellatione significaverit. Rem uno verbo expedio.  
Vocabulum illud, *non*, generi & speciei commune fuit, ut aliae pleraque voces: Generi,  
cum qualemcumque *ratio* editionem notavit; Speciei, cum eiusfoli addita est, quæ ante Ori-  
genis emendationem circumferebatur. Speciei tributa est primum, inde ad genus ipsum  
transfuit. Quamobrem aliquando Hieronymus *ratio*, ab Origeni scilicet emendatis, à *non* G  
distinguit; aliquando cum ea permisit & confundit. Distinguunt quidem in Proemio ad  
librum 16. Commentar. in Isaiam. *Liquido*, inquit, *confitentes in Ebraico non habet*, nec esse  
in LXX. Interpretibus, sed in Editione Vulgata, quæ *Græca non dicitur*, & in toto orbe diversa est.  
LXX. Interpretes signat ab Origeni emendatis. Et in Epistola ad Sun. & Fretell. *non*  
autem *isla*, hoc est, Communis editio, ipsa est quæ & Septuaginta, sed hoc interest inter utramque,  
quod *non* pro locis & temporibus, & pro voluntate Scriptorum veterum corrupta editio est. Ea au-  
tem quæ habetur in *Septuaginta*, & quam nos verimus, ipsa est quæ in eruditorum libris incorrupta &  
immaculata Septuaginta Interpretum translatio reservatur. Quidquid ergo ab hac disperat, nulli  
dubium est, quin ita & ab Hebraeorum auctoritate discordet. Confundit vero *ratio* cum Vul-  
gata libr. 9. in Isaie 30. 20. Multum, inquit, in hoc loco *ratio*. Editio, Hebraicunque discordant.  
Primum ergo de Vulgata tractabimus. Vulgata editionem appellat *ratio*, quorum verba pro-  
fert: profere autem de Hexapl. Et in Praefat. Commentar. in Daniel. *Origenes de*  
*Theodotionis opere in editione Vulgata asteriscos posuit*. Et in Epistola ad Suniam & Fretell.  
*Licet in Septuaginta & in Hexapl. ita repererim*. Hoc est in Vulgata, & in illa Hexaplorum.  
Vulgata speciatim & proprie dicta utebant Sunia & Fretella, pia & eruditæ feminæ:  
multum illa a primigenio exemplari deflexerat. Hæc rogant Hieronymum, ut plurimorum  
Psalterii locorum, in quibus Græca à Latinis dissonabant, legitimam lectionem ex Ebraica  
veritate sibi tradiceret. Morem gesit Hieronymus, & prolixam rescriptit Epistolam, ex cuius  
evolutione discas, quid Vulgata inter editionem, & illam quæ jacebat in Hexaplis, discri-  
minis interfuerit.

IX. Dum hanc emaculandis Septuag. Scenibus navabant operam Eusebius & Pamphilus; E  
similis cura Hesychium monachum in Ægypto, & Lucianum Antiochiae eodem circiter tem-  
pore exercebat. Hippocrate illam Editionem, *non* dictam, deformem mendis, & sexcentis  
vitiatis locis mutare in melius aggressi sunt. Adhibitis ergo vetustis Vulgata hujus interpre-  
tationis exemplaribus rem ita gesserunt, ut recusat ab Hesychio editionē Ægyptus amplexa-  
sit: quam vero recoxit Lucianus, ab universi probata & usurpata sit regionibus, quæ Con-  
stantinop. & Antiochiae interjacent; nam Ebraicam etiam veritatem consuulisse fertur, ab eog  
emendata vetus illa Vulgata nomine ipsius affecta est. Hieron. in Epist. ad Sun. & Fretell. In  
quo breviter illud admoneo, ut scias alia esse editionē, quam Origenes & Casariensis Eusebius, omnes-  
que Græcia tractatores *non*, id est, Communem appellant, atq. Vulgatam, & aperisq. nunc auxiliis F  
dicitur; aliam Septuaginta Interpretum, quæ & in *Septuaginta* codicibus reperitur, & à nobis in Lati-  
num sermonem fideliter veræ est, & Hierosolymæ, atque in Orientis Ecclesiis decantatur.

Igitur quintuplex post hanc extatem Septuaginta Interpretum editio habita est; Vulgata  
vetus, Origeniana, Eusebiana, illa Luciani, & Quinta deum Hesychii. Sed quoniam ex  
Hexaplis profecta erat Eusebiana, pro una eademque utraque habita est. Quæ vero *ratio*  
exemplaria supererant, in Studiosorum bibliothecis delitescebant. Atque ita licet quinque  
revera extarent hoc tempore editiones, trium dintaxat usus erat in Ecclesiis. *Alexandria &*  
*Ægyptus*, inquit Hieronymus, in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem. *Constantinopolis*  
usque Antiochiam Lucianus martyris exemplaria probat. Media inter has Provinciae Palestinos co-  
dices legunt; quos ab Origeni elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgaverunt: totusq. orbis hac inter-  
se irisaria varietate compugnat.

A X. Ceterum veri mīhi videtur simillimum, Lucianum ipsum, & Hesychium cum <sup>κοντῷ</sup> emendabant, ut Origenis imitabantur studium, ita emendationis rationem tenuisse, & obelis ac asteriscis <sup>τὸν</sup> distinxisse, cīque Theodotionis laciniās aſſuisse. Cum enim certum sit, Ægyptum ac Syriam Hesychii & Luciani editionibus esse usas; nec minus certum sit quā iis in regionibus usurpabantur editiones <sup>τὸν</sup> ὅμοια, obelis fuſſe & asteriscis signatas, plane hinc efficitur Hesychii & Luciani editiones notatas fuſſe obelis & asteriscis. Hieronymus in Proemio Comment. Daniel. *Sed & Origenes de Theodotionis opere in Editione Vulgata aſteriscos posuit, docens defuisse quā additā sunt; & rursus quosdam versus obelis prænotavit, superfua quæque designans.* Cumque omnes Christi Ecclesia, tam Græcorum, quam Latinorum, Syrorumque, & Ægyptiorum, hanc sub aſteriscis & obelis editionem legant, ignoscant invidi labori meo, qui volui habere nostros, quod Grati in Aquile, & Theodotionis, ac Symmachi editionibus lectorum: & in Epistol. 89. ad Augustinum, cap. 6. *Vix amator esse verius Septuaginta Interpretum? non legas ea quæ sub aſteriscis sunt, immo rade de voluminibus, ut Veterum teſtauorem probes: quod si feceris, omnes Ecclesiastarum Bibliothecas damnare cogeris; vix enim unus aut alter invenitur liber, qui iſta non habeat.* Quippe vix illa reperire erat Hieronymi xata exemplaria, quæ non vel ab Origene, vel a Luciano, vel ab Hesychio fuissent correc̄ta. Cum itaque vulgata omnia exemplaria inſediffent aſteriscī & obeli, nec uilla fere eſſent in uſu, quam quæ tres illi caſtigatores emendaverant, ſequitur ita diſtinctos fuſſe ipsorum Codices. Cujus diſcriminationis quos nam aſſignare par est auctores, præterquam Lucianum ipsum, & Hesychium, quod ab Origene primum fuerat inventum imitantes postmodum & excolementes? Quin & ad Editiones quoque Latinas pervenit ejusmodi <sup>στιχοί</sup>: nam Hieronymus in Epist. 99. ad Augustinum, c. 6. Latinæ ſuę <sup>τὸν</sup> ὅμοια interpretationi aſteriscos quoque & obelos ſeſe addidit teſtatur.

B Ex his porto Grecis editionibus, vel eanempe quæ erat in Hexaplis, ſive Eusebiana, vel Luciane, vel Hesychiana, hodiernæ noſtræ omnes videntur prodiſſe: hac enim, ut ait Hieronymus, trifaria varietate totus orbis compugnat; Vulgata vero omnium inquinatissima pene obſoleverat. Cum autem in Veteres illas magnam conſet in eſtātē eſſe conuolionem ex librariorum oscitantia, dum vel obelorum & aſteriscorum notationem negli-  
guunt, vel eos ſuis non adſcribunt locis, negari non potest impuras eſſe recentiores Editiones <sup>τὸν</sup> & virtutis, utpote quæ ex antiquis illis prodiuerunt. Nam etiamſi profectæ eſſent ab Hexaplis, in quibus ſcribit Hieronymus, fuſſe Septuaginta emendata & vera exemplaria; Hieron. in additamenta certe Theodotionis, quæ cum reliquo contextu, obliteratis aſteriscis, ad nos <sup>τοια</sup> 18. <sup>ii.</sup> transmifſa ſunt, editionem adulterant & corrumpunt.

BVII

23

## CAPUT TERTIUM.

## ORIGENIS SYNTAGMATA.

## Capitis tertii partitio.

E **G** Emina ſectione abſoluitur iſtud caput: Priore ſingula Origenis Syntagma, quo-  
rum memoria ſuperest, enumerantur: altera agitur de Origenis Syntagmatis quæ extant, deque vetuſis libri <sup>τοῦ ἀρχοῦ</sup> interpretationibus.

## SECTIO PRIMA.

SINGULA ORIGENIS SYNTAGMATA, QUORUM MEMORIA  
SUPEREST, ENUMERANTUR.

F I. Recenſentur Origenis Syntagma ab Eusebijo commemorata. II. Ex his aliqua expenduntur accuratius; ac primum libri de reſurrecione, III. τριημέρει, IV. De martyrio, V. Dialogi, VI. Epistolæ, VII. Interpretatio Ebraicorum nominum Novi Testamenti, VIII. Liber de oratione, IX. Disputationes ad verſus Hæreticos, in iisq; Parvus Labyrinthus. X. Quæritur, quid ſint Origenis Monobiblia, & quid ipsius proſe Apologia à Vincentio Bello vacensi commemorata. XI. Philocaliam quoque in Origeni-  
orum operum cenſu ponimus.

Euse-